

Beanteant, pravium habentes, eo quod Christi amici candidi sunt, & benigni, nigri autem, & terribiles inimici. Cæterum hic tantus ordo deletus est in concilio generali Vienensi in Delphinatu, à Clemente quinto, & trecentis episcopis anno 1311. iure, an iniuria? disputant egregie Mariana de historia Hispan. lib. 15. cap. 10. Vilaneus lib. 2. Robertus Gaguinus in Filippo pulchro. Papirius Masonus lib. 5. Annalium, Æmilius lib. 8. hist. Francorum, Azor tomo primo lib. 13. cap. 6. Scribentes visitas Pontificum, in Clemente V. ubi Platina Chiacinus, Illescas, & alij. De Templarijs multa Sandus Bernardus in libello ad milites templi, Petrus Cluniacensis lib. 6. epistolarum epist. 27. ad Everardum templi magistrum. Miranus in orig. equest. Menenius in delitijs equest. titulo de Templarijs. Petrus Rogerius in Syntag. iuris 2. part. capit. 33. Filippus Bergen. in supplemento chronic. ad annum Christi 1119. Nauclerus tomo 2. chronogra. Gene. 37. Arnoldus in ligno vita lib. 1. capit. 96. Genebrard. in Gelazio secundo, Honorio secundo, Eugenio tertio, Clemente quinto. Onuffr. anno 1119. Baron. tomo 12. anno 1118. Gualterus in tabula secul. 10. Polyd. de inventoribus libr. 7. cap. 5. Saufovin. de orig. equitum, titul. de Templarijs, Morigia lib. 4. capit. 2. Sylvester Marulus in Oceano lib. tertio pagin. 205. Bernardus de Britto in Chron. Cisterciensi lib. 2. capit. 27. Rodriges tomo primo regul. questione 5. articul. 4. Casan. in catheg. part. 9. conf. 5. & plures alij.

### 88 Congregatio militaris Sanctæ Mariæ Teutonicorum.

Sic dicta quod sub patrocinio Beatissimæ Virginis, à Teutonicis, & pro natione Teutonica, instituta sit, sub regula Sancti Augustini, à quodam viro nobili Teutonico, cuius nomen nullus scriptorum, quem legerim prodit, anno Domini 1119. Calix. secundo Pontifice, Imperatore Occidentis Henrico quinto, Oriëtis Alexio Comneno, primū sub lodalitijs specie ad recreādos Ierosolymis &c, excipiēdos peregrinos, gētis Germanicæ. Decursu vero temporis ad tutandum eosdem ab incursionibus barbarorum, sumpto ab hospitalijs, sive Ioannitis, nunc melitensis, exemplo. Captis Ierosolymis à Saladino Ægypti Sultano anno 1187. abireque iussis, cū reliqua christianorū turba, Teutonicis Acone, sive Ptolemaide considere, quandiu non ea etiam urbs à Serracenis capta est, ubi dum erant, confirmatus ordo est à Celestino tertio anno 1192. dataq; pro tessera militibus in veste candida, crux nigra, cum limbo argenteo, quam, & adsutam pectori, & appensam, ē collo gestarent, summi tamen magistri insigne, est crux nigra, interfecante alia aurea. Cæterum capta Ptolemaide, varia que fortuna iactatis. Teutonicis, qui vivi &

barbarorum armis supererant, tandem in Europam comigrarunt, ibique contra Prusios, qui Masoviam armis infestabant, à Conrado Masoviæ duce, evocati ea lege ut quidquid Prusiani agri occupassent, eiscederet, feliciter Prusios debellarunt, ductore Hermannsaltza ordinis magistro, spectatæ virtutis duce. Domiti deinde à Teutonicis Lithuanj, ac Tartari, qui ultra Vistulam fluuium erant, initaque pax cum Polonis, quibus non semel contra hostes, egregiam navarunt operam. Referunt multi ædificatam à Teutonicis trans Vistulam, urbem ex nomine Sanctissimæ Virginis Mariæ, Mariæ burbum, Mariburg. appellatum, hanc in sedem, & regiam magni magistri destinaverunt, an nunc retineant, post Lutheranam hæresim? mihi incertum est. Ab hac Mariæ urbe dictos esse Marianos equites Teutonicos, non vulgaris notæ scriptores prodidere, verius puto sic dictos à patrocinio Diuæ Virginis, cuius sub nomine, & numine militia erecta est. Nullus ferè in huc ordinem cooptatur, nisi Germanus sit, & ex Germana nobilitate. Commendas nullas, auc paucas, extra Germaniam possident, in Germania multas, & amplissimorum reddituum. Agunt de Teutonicis omnes, qui res Germanas scribunt, Chromerus lib. 8. quæstione 10. Tilmanus Bredembachius in libello pro Teutonicis, Sebastianus Musterus lib. 3. de Germania, ubi serièm magistrorum, & res illustiores ab eis bello, domique gestas recenset. Belforelius in sua cosmographia lib. 3. Iacobus Augustinus Thuanus historiarum lib. 1. 5. & 43. Polydor. de invent. lib. 7. cap. 5. Casan. in catheg. part. 9. considerat. 6. Genebrardus in Gelazio secundo, Onuffrius anno 1119. Gualterus in tabula seculo 10. anno eodem. Illescas in pont. lib. 6. capit. 1. Iacob. Boſ. in historia militensi tomo primo lib. 12. anno 1192. Morigia lib. 4. capit. 3. Azor. tomo primo lib. 13. capit. 5. & 6. Sylvest. Marul. in Oceano lib. 3. pagin. 212. ubi ait Ilema magni magistri Teutonici tempore Federici secundi Imperatoris, fuisse tres rosas rubicundi coloris, in aureo æquore, quod probat ex pictura in conventu Messanæ apud Siculos, affervata. Vide etiam Menenium in delit. equest. titulo de Teutonicis.

### 89 Congregatio militaris Sancti Ioannis Acconis.

Sic dicta quod in urbe Accone, hodie Accre, in Palestina, sit ereta, sub patrocinio Sancti Ioannis Baptiste, non multum post tempora Gottifredi Bullony, Hierosolymorum regis. Floruisse hanc familiam apud hispanos tempore Alfonsi cognomento sapientis ab eoque multis rebus ex testamento donatam, refert ex Romano in republica christiana

*christiana lib. 7. Menenius in delitijs equest. titulo de militi. Sancti Ioannis Acconensis; verum neuter de anno fundationis meminit, tantum de instituto aiunt fuisse a prima origine peregrinis sacra loca invisentibus operam impendere. Confundit hanc militiam Romanus cum militia. S. Thome in eadem Acconensi urbe, cuius equites cruce rubra decussata, idest in formā crucis Sancti Andree, insigniebantur, diuersas tamen fuisse rectius opinatur ibidem Menenius, probatque ex constitutionibus pontificijs, & ex alijs authoribus. Hodie ex utraque militia, nullus extat, nec ferè est apud scriptores illarum mentio, ut nec de equitibus Sancti Blazij in Palestina, quos alio nomine dictos lego equites sancte Maria. Item de equis. Panitentia sacerdotum martyrum, quos vidisse se testatur Romanus, cruce rubra insignitos, & sub regula S. Augustini militantes, refert ex eodem Menenius ubi proxime.*

**90 Congregatio militaris Avisij in Lusitania.** Dicta Avizij ab oppido Avis in tractu translagano, triginta millia passuum ab Ebora, Septentrionem versus, sciuncto, ubi primarium huius militiae domicilium, instituta est à rege Lusitano I. Magno Alfonso Henrique, sub regula S. Benedicti, anno 1146. Pontifice Eugenio III. Imperatoribus Occidentis Conrado III. Orientis Emanuele Comneno, confirmata primum ab Alexandro III. anno 1162. viuentे adhuc Alfonso rege fundatore. Tessera equitibus crux viridis liliata, in veste candida. Dicte sunt aliquando hi milites Eborenses, quod primum Ebore sint instituti, indeque Avisium translati ope, & donatione Alfonsi regis hoc nomine II. primi Alfonsi ex filio Sancio rege, nepotis, anno 1181. Vexillum equitum militare efformatur ex castello quodam aureo, in campo rubro, cui adiunctæ sunt compedes duæ, quæ castellum ambiunt, & aquilæ item duæ, una à dextro, altera à sinistro castelli latere. Castellum vexillare, illud reddit, quod Ebore à Magno Alfonso equites primo donatione accepere, ubi domicilium suum tum temporis collocarunt, in compedibus fit allusio ad ordinem Calatrava, nam compedes Lusitanis sunt *travas*, cuius filiationi (sic vocant religiosi) Avisiensis militia se submisit. Aquilæ duæ: siue duo aquilarum pulli duos illos demonstrant, qui in situ, siue rupe, ubi nunc Avismum cernitur, in nido aquilæ inventi sunt, à quibus fortasse nomen oppido datum: nam *Avis*; retracto accentu ab ultima in penultimam, idem ferè Lusitanis sonat, atque *Avis* latinis, avium vero regina, aquila est, sumpto genere pro specie, quod frequentius nos-

trates faciunt proprio idiomate. Cætorum antiquis credunt nostri scriptores nomen *Avisum*, quam sit pullorum inventio. Videndi sunt de hac familia Andreas Resende in libello de institutione ordinis Avizij Franciscus de Ayellar, in libello de institutione, & origine huius familiae, ubi in fine 24. magistros enumerat, usque ad Ioannem hoc nomine III. regem Lusitanæ, qui ultimo magistro domino Georgio Ioannis regis hoc nomine II. filio, in administratione eius perpetua successit, secuti sunt deinde Sebastianus; Henricus; Filippi tres, Lusitanæ reges; edidit hunc libellum Fr. Emmanuel Rodriges in fine, 10mo primo de regulatibus. Fr. Bernardus de Britto tomo primo chronicæ Cisterc. lib 5. cap. 11. Antonius de Valsconfellos, Edwardus Nonius de Leão, & Marisius in Alfonso Henrique, Romanus lib. 7. reipubl. christiana capit. 11. Rades de Andrade in Chronic. Calatrava, c. 19. Petrus Cabrolat. in hist. monastica gran, 2, ubi de Ioanne II. rege Portugallia, Fr. Athanasius Lobera, in vita Sancti Froilani capit. 19. Arnoldus in ligno vita lib. primo capit. 73. Renatus Choppinus lib. 2. monast. titulo primo numer. 25. Miraus in originibus Cisterc. lib. 5. capit. nono. Menenius in delit. equest. titulo de militia Avizensi, ubi citat. Argolem de Molina de nobilitate Bebius lib. primo capit. 32. Rodriges tomo primo regul. questione 54. articul. 12. Azor. tomo primo lib. 13. capit. 5. & 6.

**Congregatio militaris Sanctæ Mariæ de Calatrava apud Hispanos.** Instituta à Sancto Raymundo Fiterij, Fitera, in Castella abbatæ, Cisterciensis ordinis, & sub regula Cisterciensi, idest Sancti Benedicti, anno 1158. Pontifice Adriano IV. rege Castellæ Sancio, cognomento Desiderato, el deseado, Imperatoris Occidentis Federico Ænobarbo, Orientis Emanuele Comneno. Habitus, siue insigne equitum à principio, scapulare Cisterciense cum cruce rubra liliata, sed scapulare postea adempto, tempore Benedicti XIII. (quem pro vero pontifice Castellani tum temporis colebant) crux tantum pectori affixa est. Vexillum bellicum ex una parte eadem cruce insignitur, additis duabus compedibus, quibus in stabulis equorum pedes alligantur, Hispani dicunt travas, facta allusione ad oppidum Calatrava, ubi primum, principium militiae domicilium: ex altera vero imaginem diuæ Virginis, cuius sub patrocinio militia stabilitur. Sub filiatione, ut vocat. Huius militiae fuit Avizensis in Lusitania, ut dixi num. superiore, verum beneficio nostrorum regum, ab ea se exempta. Sunt reges Hispaniæ perpetui huius ordinis, administratores, ex beneficio Pontificis Romani, ultimumque

mumque illius magistrum (fuit is numero vigesimus sextus) Garciam Lopez de Padilha rex catholicus Ferdinandus exceptit, deinde Ferdinandum successores, usque ad Filippum III. qui nunc feliciter regnat. Venerantur tantum equites Calatravenses castitatem coniugalem, à Pontificatu Pauli III. Aucti sunt de hac militia Archiepisc. Tolet. Rodericus lib. 7. de rebus Hisp. cap. 14. Rades de Andrada in Chronic. Calatravensi, Bernardus de Britto in chronic. Cisterciensi tom. I. lib. 5. cap. 5. Barnab. Montalvo in chronic. Cisterciensi tom. I. lib. 12. cap. 21. Illescas in pontif. part. I. lib. 5. cap. ultimo. Martinus de Virianna in Chron. Valentinæ. 3. part. titul. de Calatrava. Mariana de rebus Hisp. lib. II. cap. 6. Genebrar. in Alexandr. III. Onufrius anno 1121. Romanus in repul. Christiana lib. 2. cap. 8. Gualterus in tabula sac. 12. anno 1160. pag. 651. Lobera in vita S. Froilani cap. 19. Polyd. de invent. lib. 7. cap. 5. Cas. in catal. p. 9. confid. 8. Morigia lib. 4. capit. 5. Sylvester. Marul. in Oceano lib. 3. pag. 226. Sansouinus de orig. equit. lib. 2. titul. Calatrava, Meneni. in delit. titul. Calatrava, ubi refert Damianum de Goes in Hispania sua, Lucium Marineum Siculum lib. 4. Hispaniae, Augustinum florentium in historia Camaldulensi. Aubertus miratus de orig. Cisterc. lib. 5. cap. 9. Azor. tom. I. lib. 13. cap. 5. & 6. Rodrig. tom. I. regul. quæsiione 5. articul. 7. Petrus Mattheus in summa constitutionum Pontificalium, sub Pio. IV. numer 12. Carol. Tapia authen. ingressi, verbo Monasteria, cap. 42. & plures alij, maximè Hispani, quos recensere tedium est. Vide D. Martin Carrillo libr. 4. anno 1158.

92 Congregatio militaris Aleæ, apud Lusitanos. Instituta à rege Lusitanæ Magno Alfonso Heretiques, sub tutela, & numine Sancti Archangeli Michaelis, atque Angeli eiusdem regis custodis, anno 1165. Pontifice Alexandro III. Imperatoribus occidentis Federico Aenobarbo, Orientis Emanuele Comneno. Militavit sub regula Cisterciensi, idest Sancti Benedicti, sed brevi perijt. Symbolum, sive tessera, ala sancti Michaelis (alatus depingi passim solet) purpurea, intermicantibus radijs aureis, supra sinistrum latutus, ab eaque militiæ nomen inditum. Vide Bernardum de Britto in Chronic. Cisterc. tomo I. lib. 5. cap. 18. & 19. ubi latissime.

93 Congregatio militaris Sancti Iacobi apud Hispanos. Instituta sub regula Sancti Augustini à quibusdam Hispanis Legionensis, & Gallicis, qui bonis in commune collatis, se suaque devovere tutandis christianis à Maurorum incursionibus, ijs maximè, qui ad S. Iacobum Compostellanum peregrinarentur,

ope, & cura canonicorum regularium sancti Eligij cuius cænobium non longe distat à Compostella, anno 1170. Pontif. Alexandro III. Alfonso IX. Castellæ rege, Imperatoribus Occidentis Federico Aenobarbo, Orientis Emanuele Comneno. Confirmata primi militiae est à Iacyntho Cardinali, Alexandi III. per Hispaniam legato, instituto in primum ordinis magistrum, Petro Fernandes a ponte incalato, vide Marianam lib. II. cap. 13. secunda deinde adiccta confirmatio est ab eodem Alejandro III. anno 1175. (à quo nonnulli huius militiæ originem auspicantur.) Azor. tom. I. lib. 13. capit. 5. & 6. ubi refert ex Francisco Rades de Andrada, quadraginta fuisse magnos huius militiæ magistros ad regem usque catholicum Ferdinandum, cui ab Alexander VI. anno 1493. delata est, cum sibi, tum successoribus, ordinis perpetua administratio. Utuntur equites super vestem candidam, cruce rubra in formam gladij effigiata, capitulo nimis liliato, acie nuda, & inferius protensa. Duo sunt præcipua ordinis domicilia, alterum Velesij, Veles, in Castella, alterum Legione: primum, omnium caput, est sedes quondam magni magistri. Sunt in hoc ordine duo magni commendatores, ut vocant Castellæ, & Legionis. Scio nonnullos, inter quos Lucas Episcopus Tudensis, Vasens, Didacus Valera, Ambrosius de Morales, Illescas part. I. Pontif. libr. 4. capit. 81. Rodriges tomo primo regul. quæsiione 5. articul. 5. originem huius familie derivasse à Ranemiro hoc nomine primo, qui parva manu ingentes Maurorum copias fudit ad annem quem Hispani vocant Clavijo, unde nomen prælio inditum del Clavijo, ducente Christianorum copias Sancto Iacobo, quem rex ipse cum multis, album prementem equum, ac vexillum rubra cruce distinctum manu præferentem ante acies conspicatus est. Vide me in historia mea Portucaleensi part. I. capit. 12. & scribentes ad cap. ex parte, de Censibus. Cæterum placet annus, quem designavimus, cum reliquis Hispaniæ scriptoribus, quos numerare longum esset. Lege Cassan. in Catalog. part. 9. consl. 7. Polydor. de invent. lib. 7. capit. 5. Onufrius anno 1170. Genebrard. eodem, Gualterum in tabula chronograph. sectione 12. pagin. 653. Sansouin. de origin. ordin. equest. libr. 2. Sylvester. Marul. in Oceano lib. 3. pagin. 209. Morigiam libr. 4. capit. 4. Iacobum Bossium in historia militensi tomo primo lib. 2. anno 1160. & tomo tertio lib. anno 1560. Castellam ferret in integro tomo de hoc ordine, ubi omnia illius ad unguem discutit, Menenium in delit. equest. titul. ordo equitum Sancti Iacobi. D. Martin Carrillo in annalibus Cronologicis libro quarto Sub anno 1175. Azor. tomo primo lib. 13. capit. 5. & 6.

**94 Congregatio militaris Sancti Iacobi apud Lusitanos.** Eadem sunt eius initia, quæ S. Iacobi apud Castellanos, eadem regula, idem habitus, in tessera vero nonnulla cernuntur differentia, nam crux rubra in Lusitanis aciem gladij, quæ in castellana inferius protrahit, non refert, sed ex inferiori cuspide liliata etiam est, & cæteris æqualis. Decivit hæc militia à Castellana sub cuius magistro erat, tempore Regis Dionisij, qui suorum libertatem amabat maximè. Lege Eduardum Noniū in chronicā regis Dionisij, Matisium, & Antonium de Vasconcellos in eodem, Bernardum de Britto in chronicā Cisterciensi lib. 5. cap. 13. Ultimus Magistrorum è Lusitanis fuit D. Georgius Dux Conimbricensis, & Averij Ioannis regis hoc nomine secundi filius, excipiente rege Ioanne III. deinde successoribus, perpetuam huius ordinis administrationem, ut supra in familia equestri Avizieni dixi. Caput ordinis situm est in oppido, Palmella, pro quo externi ferme scriptores scribunt mendose Palmera, inter Olyssiponem & Setobrigam, meridiem versus. Scribunt de hac militia quos pro Sancti Iacobi familia numero superiori retuli, item Lusitani proximè citati.

**95 Congregatio militaris Alcantaræ apud Hispanos.** Instituta primū est in oppido (quod nunc ad Lusitanos, & ad diæcesim Lamecensem Lamego, pertinet, tunc vero Civitatis, Ciudad Rodrigo, erat diæcessos) ad ripam Coæ sita, vulgo Riba Coa, ea parte, qua septentrionem versus, Portucale cum Castella connectitur, appellant nostreates Pereiro, sub patrocinio Sancti Iuliani, & regula Cisterciensis. id est, Sancti Benedicti, à nobili quodam equite Legionensi D. Suerio, anno 1176. (alij non nisi 1156. institutam contendunt, lege Bernardum de Britto in chronicā Cisterciensi lib. 5. cap. 3. Pontifice Alexandro III. imperatoribus occidentis Henrico Ænobarbo, orientis Emmanuele Comneno, regnantibus in Legione, & Callecia Ferdinandō II. in Castella Alfonso VIII. cognomento Bono, in Lusitania Alfonso Henriques, regum nostrorum I. & maximo. Prima equitibus tessera cucullus Cisterciensis & rubra fascia, insigne verò militare, sive vexillum, pirus viridanti ramorum supellectile conspicienda, in æquore sive campo aureo, facta allusione ad oppidum Pereiro ubi tunc prima militæ sedes: adi Marianam hist. Hisp. lib. 12. cap. 3. Cæterū anno Domini 1218. Nonio Fernandes S. Iuliani magistro, translatum est huius familie domicilium Alcantaram, oppidum prope Tagū, ponte egregij operis satis notum, donantibus

Martino Fernandes de Quintana duodecimo Calatravæ magistro, & equitibus eiusdem ordinis, sub conditionibus, quas ex Rades de Andriada refert Azor tom. I. lib. 13. cap. 5. & 6. Ab Alcantara, suppresso priori nomine S. Iuliani do Pereiro, dicti in posterum equites Alcantarenses, qui etiā beneficio, & venia Benedicti XIII. quem ut verum pontificem colebant Castellani, anno 1411. cucullum, & nigram fasciam reliquerūt, assumpta cruce viridi, & liliata, in veste candida: cui aliqui in maiori stipite assutam primo credunt (nunc certe non est) pirum, in memoriam prioris domicilij S. Iuliani do Pereiro. Est huius ordinis perpetua administratio apud reges catholicos, ut de Calatrava, sive Iacobo, Avizio, &c. supra dixi. Agunt de hac familia fere omnes quos pro Calatravæ retuli, Ioānes Petrus Gutiér in tract. de orig. milit. Alcantara, frater Bernard de Britto in hist. Cisterciens tom. I. lib. 5. c. 3. Martinus de Viriana in chronicā Valent. Rades in chron. Alcantara, Mariana in hist. Hisp. lib. 17. cap. 11. Romanus in repub. lib. 7. c. 9. Casan in catalog. p. 9. confid. 9. Polyd. de inven. lib. 7. cap. 5. Sanzovi. de orig. equit. lib. 2. titul. Alcantara, Morigia lib. 4. capit. 6. sylvest. Marul. in Oceano lib. 3. pagin. 227. Menen. in del. equest. titul. Alcantara, ubi ponit formam professionis militum Alcantarensium Azor tom. I. lib. 13. capit. 5 & 6. Rodrig. regul. tom. I. questione 5. artic. 4. Tapia auct. ingressi. verbo, monasteria. cap. 42. num. 13 & cap. 49. num. 1.

**Congregatio militaris montis gaudij apud Ierosolymitanos.** Nihil de institutore, & institutionis anno, mihi constare potuit, credit Menen. in del. equit. relato Romano, in cæpisse eadē fere tempestate, qua Melitenses, Templarij, & Teutonici, dicta monitis gaudij à loco extra Ierosolymitana mænia, ubi primum eius domiciliū erectum, Mons gaudij appellato, ordinem confirmavit Alexand. III. anno 1180. ut leges apud Rades de Andriada in chron. Calatrava cap. 18. Appellarunt Hispani equit. montis gaudij de Monfrat. à præcipua in eo oppido eorum domo: in Catalonia, & Valentia, equites de Mongioia, quod idē est, ac montis gaudij: quotquot huius militæ extabant per Hispaniam equites, ad Calatravenses transiere, ut testatur idem Rades loco citato, & Barnabas de montalvo in chronicā Cisterciensis lib. 2. cap. 15. ubi omnes pariter meminere equitum del Trugillo, qui in oppido eiusdem nominis sedem habuisse anno 1227. satis constat adscripti quoque ipsi militiæ Calatravensi. Legge citatos auctores, ubi etiam inuenies hos omnes fuisse Cisterciensis instituti, quod repetit Mairus lib. 3. origin. monaster. ubi de ordine Cisterciensi cap. 9. qd. omnes in eisdem

Congre-

97 Congregatio militaris Marianorum in Ptolemaide.. De hac familia hæc invenire potui apud Genebrardum, sub Pontificatu Celestini III. quem ipse ponit an. 1192. An. 1190. 13. Kalendas Decembris, authoribus quibusdam civibus Brima, & Lubecæ (urbes sunt episcopales in Germania) ordo Marianorum militum ad Teutonicum formam, instruuntur in Ptolemaide, magnis sumptibus edificato ibi Xenodochio, in usum eorum, qui familiæ insererentur: postea cum numerus crevisset, seu colonias in Germaniam deduxerunt, ad Christo subigenadas Slavorum, & aliorum infidelium septentrionalium terras. Eadem de eadem familia verba ponit Gualter. in tab. scul. 12. pagin. 665. Erat hoc anno Pontifex Clemens III. Imperator Occidentis Federicus Aenobarbus, Orientis Emmanuel Comnenus. De insigni, sive tessera, de habitu, ac alijs huius familie, utrum duret, vel omnino extincta sit? Nihil invenire huc usq; potui, mihi suspicio est illum ad Teutonicū accessisse, nec amplius extare, si tamen alias ab eo fuit.

98 Congregatio militaris Christi apud Livonos. Instituta ab Alberto Livonum episcopo, anno 1205. Pontifice Innocentio III. Imperatoribus Occidentis Filippo, Orientis Baldovino Belga. Habuit ferè idem institutum, quod habuisse Teutonicos supra monui. Datum credunt militibus pro tessera Cromerus, & Arnaldus Abbas Lubecensis, rubrum gladium, cum cruce pallio asfuta. Verius tamen puto fuisse gladios duos sanguineos, decussatim positos, sive in speciem litteræ X. capulis ad superiorem partem erectis, mucronibus ad inferiorem. Confirmavit hūc ordinem idem Pontifex Innocentius III. eodē anno 1205. Vnitum postea Teutonicū, testatur Menenius in deli. equest. sed disiunctum iterum ab eodem, idem auctor scribit. Nunc extictus fere est, illius iurisdictione Poloniae septris adiecta à Segismundo Poloniae rege, quo tempore Guotardus Kethlerus postremus equitum Christi apud Livonos magister, ordinem, & Romanā fidem pariter ciuavit, an. 1561. vide eundem Menenium loco citato, & Bzovium tom. 13. an. 1205. Invenies in libello, qui Ecclesiæ Romanæ habitus inscribitur iconem equitem spaditorum, quos à duabus spatis decussatim positis, spadatos auctor appellat cum epigrammate, quod hic transcribere non est otium, nec animus.

99 Congregatio militaris IESV Christi. Instituta à S. Dominico familia Prædicatorum fundatore, paulò post confirmationem ordinis sui per Honorium III. anno 1216, ut supra dixi. Confirmavit hanc fa-

miliam idem Honorius III. & Gregorius IX. eius institutum fuit, terras, & bona Ecclesiæ armis ab hereticis Albigensibus, nondum capta, tutari, erepta iam, vendicare: ad quod iuramento adgebantur milites in ipso militiæ ingressu. Admittebantur pariter coniugati, sed eo pacto, ut mortuis uxoribus, transire ad secundas nuptias non possent, imò in casitate viverent: oportebat quoq; ut ingredientibus uxores sponte licentiam concederent in scriptis, item iuramento firmarent se maritos ab illa militia, cum opus esset, non impedituras: recipiebantur quoq; in hunc ordinem fœminæ: utebantur omnes habitu, & albo, & nigro, interdicto omni alio quocunq; colore. Extinctis Albigensibus desistit esse hæc militia sub hoc nomine, dicitur tamen nunc ordo pænitentia S. Dominici. Confirmarunt sub hoc secundo titulo Honorius IV. Ioannes XXII. Bonifac. IX. Innocent. VI. & VII. Eugenius IV. Xistus IV. Alexander VI. Agunt de hac familia ferè omnes, quos supra retuli pro familia Prædicatorum. Vide Ferdinandum del Castilho in Chronic. Prædicatorum, part. 1. lib. 1. cap. 49.

### Congregatio militaris S. Mariæ de Mercede apud Aragonios.

Instituta à Iacobo huius nominis primo Aragonie rege, sub regula S. Augustini, anno 1218. Pontifice Honorio III. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Roberto. Eadem illius est professio, idem habitus, qui religiosis Mercenarij, de quibus supra. Militarunt sub eodem Mercenarij generali ex prima Gregorij IX. confirmatione, anno 1230. Habuerunt tamen postea generalem suum laicum, nec sacris initiatum, sed eo iterum extincto, ad sacerdotem, & religiosis patribus præsidentem, redire decreto Clementis V. & Ioannis XXII. Extinctos (ut vere sunt) scribit Sylvest. Matul. in Ocean. lib. 5. pag. 335. non sine maximo captivorum fidelium damno, verum scripsit lib. 3. pag. 228. hos institutos fuisse à Iacobo rege Aragonie, hoc nomine 2. unà cum equitibus Montesiæ, de quibus statim, anno Domini 1212. ubi duplicem, aut triplicem errorem invenire est, primum, quod anno 1212. regnantem faciat Iacobum II. cum regnare incæperit, an. 1292. Secundum, quod Iacobum primum sanctissimæ Reginæ nostræ Elizabethæ avum, co anno 1212. regnantem, appellat Iacobum secundum. Tertium, quod eundem, & Montesiæ, & Mercedis equitatus authorem, Iacobum credit, cum Montesiæ author fuerit, & institutor Iacobus II. Mercedis Iacobus I. Adde quartum errorem in habitu, nam ait equites mercenarios portasse crucem nigram pro tessera, super yessem candidam, cum non nisi argenteam in rubro

rubro & quodre, atque subtus hanc quatuor tñhias,  
sive palas rubras in scuto aureo, quod est ste-  
ma Aragonicum, portarint. Lege Illesc. 1. part.  
Pontif. lib. 5. cap. ult. Pinedam lib. 12. Menarchia,  
cap. 23. §. 4. Marianam de rebus Hispania, lib. 12.  
cap. 8. Garibay lib. 32. compendij, cap. 6. Gualterum,  
apud quem Onuffr. & Genebrard. in tabula, secu-  
to 13. pag. 677. Sansovin. lib. 2. Menenium in delitijs,  
titulo equites S. Mariae de Mercede.

**101 Congregatio militaris Sanctæ  
Mariæ gloriæ apud Italos.**

Instituta à Fr. Bartholomæo Vicino, de Vicenza or-  
dinis Predicatorum, eius postea urbis episcopo, an. 1233.  
Pontifice Gregor. IX Imperatoribus Occidē-  
tis Federico II. Orientis Balduino II. Leges  
hunc familiae impositas his fere verbis descri-  
bit Carolus Cygnius de episcopis Bononiensibus, lib. 3.  
& lib. 17. & 19. de regno Italiæ. Ut tunicam albam,  
& subeineiceam togam induit, crucem purpuream in  
campo albo, duabus supra positis stellis, præferrent, ut  
viduarum, ac pupillorum tutellam susciperent, ut paci,  
& concordie inter homines componenda inservirēt, &c.  
Caterum quia hi, una cum uxoribus, domi ma-  
nabant, vulgo, fratres gaudentes, appellati sunt,  
quo nomine etiam nunc audiunt in Italia, ubi  
eorum floret institutum, maxime Bononia, &  
Mutina, sub nomine S. Maria matris Domini. Le-  
ge Bzovium tom. 13 anno 1261. num. 12. Bellovim.  
cap. 8. Sylvest. Marul. lib. 3. Ocean. pag. 232. qui  
institutum dicit hunc ordinem tempore Vrba-  
ni V. cum tamén Vrbanum antecerit eius ere-  
ctio, ab eo tamén confirmatus est. Adi præte-  
rea Iacobum Bosium in hist. milit. tom. 1. lib. 21.  
anno 1271.

**102 Congregatio militaris Christi  
apud Lusitanos.** Instituta sub regula Ci-  
sterciensi, idest S. Benedic-  
ti, à Dionysio Lusitania rege, sanctissima Regina Eli-  
zabetha marito, anno 1316. (alijs 1320.) Pontifi-  
ce, & confirmante Ioanne XXII. Imperatori-  
bus Occidentis Ludovico IV. Orientis Andro-  
nico I. Primū huius militiae domicilium Ca-  
stro Marino Sylvensis diœcesis in regno Algar-  
biorum collocatum est, ubi diu hæsit: inde  
translatum Tomarium, Tomar, oppidum pro-  
priæ diœcesis, & proprio utens prælato, iuris-  
dictione penè episcopali, inter Conimbricam,  
& Vlyssiponem, æquato fere itinere. Tessera  
militibus, crux rubra, cuius quatuor brachia  
linea candida intersecat, formata pariter alia  
cruce candida, sic, ut binæ crucis appareant  
rebra, & candida. Plures & ditissimas per Lu-  
sitaniam cōmendas possidet, illi Oriens, quem  
suis navigationibus Lusitani aperuerunt, vec-  
tigalis est, nullus (ut plurimum) in hunc ordi-  
nem cooptatur, quem non maiorum nobilitas

cōmendet, & suis, & præavorum rebus gestis  
domi, militiæ ve, admitti dignus fit. Lege lata  
cautum est, ut admittendi, per triennium sal-  
tem in Africanis præsidijs Septæ, Tingis, & Ma-  
sagani, inter frequentes Maurorum occursum,  
& excursus, virtutis specimen ferant. Appel-  
lant Lusitani servir comenda, idest tantum tem-  
poris ibi esse, & militando insumere, quantū  
lex, vel Regis dispositio exposcit ad cōmen-  
dam consequendam. Religiosos huius ordinis,  
qui sub clausura vivunt, appellamus frades de  
Tomar, sumpto nomine ab oppido, ubi insigne,  
& amplissimum habent monasterium, quod  
proximè sequitur, sed longo proximum inter-  
vallo, Vlyssipponense; templū Virginis, cui à  
Luce nomen est memorandum, D. Maria Lusita-  
niae infantis, Emmanuelis regis filiæ opus ad me-  
moriam nominis sempiternum. Sunt in hoc  
ordine dignitates plurimæ, præter magnum  
magistrum, cuius loco successere, ut perpetui  
administratores, reges Lusitanæ, post magis-  
trum Cōmendator maximus, Clavicularius, &c. Agūt  
de hac militia Chronicon regis Dionysij, Galvanus,  
Pina, Eduardus Nonius de Leão, Antonius de Vasconcel-  
los, frater Bernardus de Britto, omnes in rege Dionysij.  
Romanus in repub. christiana, lib. 7. cap. 13. Sansovin.  
lib. 2. Morigia lib. 4. cap. 4. qui duo ultimi cre-  
etum aiunt hunc ordinem, ut Belgium, à Ma-  
uris oppugnatum, propugnaretur, scribentes Ita-  
lia lingua Belgia, pro Belhica, sua vel librariotum  
incuria, ipsi current. Casan. in Cathal. part. 9.  
considerat. 8. Polydor. de invent. lib. 7. cap. 5. Sylvest.  
Marul. in Ocean. lib. 3. pag. 225. Miranus de origi-  
religion. Cisterciens. lib. 2. cap. 30. & lib. 5. orig. mo-  
nast. cap. 9. ubi ait, institutum esse hunc ordi-  
nem, anno 1330. cum priori loco dixisset insti-  
tutum, ann. 1318. Lobera in vita S. Froilani, cap. 19.  
Gualter. in tabula Cronograph. seculo 14. anno 1325.  
apud quem Genebrard. & Onuffr. eodem ann. Illesc.  
in Pontif. part. 2. lib. 6. cap. 2. Platina in Ioann XII.  
Iacobus Bosius in hist. milit. tom. 2. lib. 1. ann. 1316.  
Arnoldus in ligno vita, lib. 1. cap. 91. frater Barnabas  
Montalvo in Chronico Cisterc. lib. 2. cap. 18. Menenius  
in delitijs equest. tit. equitum Chrisli ordo, Llamas in  
Methodo, 3. part. cap. 21. D. Martin Carrillo in annual.  
Chronol. lib. 4. sub anno 1319. Tapia authent. ingressi  
verbo, Monasteria, cap. 42. nu. 13. & cap. 49. nu. 1.  
Petrus Mattheus in summa, Constit. Roman. Pontif.  
sub Pio IV. nu. 2. Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 5. & 6.  
Mitto scriptores alias Hispanos. Vide me in  
historia mea episcoporum Portucalenium, part. 2. cap.  
15. in fine. Notabis primò, scriptores pene  
omnes externos facere Ioannem XXII. huius  
militiæ institutorem, suppresso Dionysij regis  
nomine, cum ipse verus fuerit militiæ huius  
institutor, Ioannes tantum XXII. confitator,  
quod tibi monitum volumus, ne beneficio re-  
gi, & inter sui temporis reges, ob effusam li-  
beralitatem, Alexandrum dicto, erectæ, & fun-  
datae

date à se præclarissimæ religionis gloria pereat, & in alium transferatur, licet is sit Dionysij regis, ob gestarum rerum copiam, splendor, ut ad sui nominis claritudinem, ea luce non egeat. Adde illum sanctissimam Elizabetham, quam Urbanus V. Pontifex Maximus, in Divorum album, anno 1625. 25. die Maij adscripsit, habuisse uxorem, quo quid illustrius ex cogitari poterit? Notabis secundò, eosdem externos scriptores confundere hanc militiam cum alia Christi militia, quam idem Ioannes XXII. erexit in pontificatu suo, intra annum 1316. & 1318. quo ipse pontificatum gessit; vere tamen fuisse diversas, ut dicemus inferius n. 114. Notabis tertio, scriptores, qui de Dionysio scribunt extra Hispaniam, vocare illum Periocham græcō vocabulo, quasi diceres muro rum erectorem, vel oppida muris cingentem; quod quam verum sit, ipsæ urbes, & oppida Lusitanæ clamant, quæ fortissimis murorum repagulis munivit. Edificatorem, ab ex ædificatis, & deductis novis colonijs dicere iure possent, item Agricolam, nam illo regnante, & opere ferente, inuix in regno Lusitanæ saltus, ad suam usq[ue] etatem, hominum ignavia inferaces, feracissimi redditi sunt, & conualles illæ, quæ ob supernatates aquas, arati non poterant, ductis tubis, & canalibus exsiccatae, nunc in fruges dissoluuntur. Obiit Dionysius annum agens 64. sexto supra quadragesimum regni sui anno, mense Ianuario salutis humanæ 1325. Iacet Odivellis in templo S. Dionysij virginum Cisterciensiu[m], prope Vlyssipponem, quod ipse regio plusquam sumptu ædificarat, sacerdotissima vero Elisabetha iacet Conimbricę in monasterio S. Claræ, à se ædificato, & virginibus eiusdem instituti concessa. Obiit Stremocij nobili regionis transtaganae oppido, 4. iunij, anno à Christo nato 1336. Eius corpus anno Domini 1612. 25. die Aprilis, post eius sepulturam annis 276. inventum est integrum, madidum, succi plenum, colore roseo, carne vivida, rufo capillamento, naso, auribus, oculis, minime tabefactis, cedentibus ubi tangebantur membris, atq[ue] in pristinum locum redeuntibus, manabat è corpore suavissimus, ac iucundissimus odor, cernebantur integra, quibus involutum erat, vestimenta: omnia vitam spirabant. Aderant præsentes Illusterrimus, ac Reverendissimus D. D. Alphonsus de Castel branco, episcopus Conimbricensis, D. D. Martinus Alphonsus Mexia tunc Leriensis, postea Lamecensis, & Conimbricensis episcopus. D. Franciscus Vaz Pinto regij palatij Senator, iudices commissarij ad inquirendum, de vita, & miraculis Divæ Elizabethæ; aderat Rector Academiæ D. D. Ioannes Coutinius, postea episcopus Algarbiensis, nunc Lamecensis, una cum sapientissimis Theologis, iuris canonici,

& civilis, ac medicinae professoribus, adfuere etiam alij tum religiosi, tum sacerdotes, quos vel authoritas sua, vel iudicium benevolentia admisit: ecce tibi non sine ingenti admiratione, & gaudio reginam suam non sepulchro, sed lecto, non inter mortuos iacentem, sed leviter dormientem, omnes videre sibi visi sunt. Datum omnibus ire in oscula, factis pedibus advolvi, lambere vestes illas, quæ divinitatem spirare credebantur, applicare ad tantum rosaria, cruces, & quidquid pium apud se quisq[ue] invenire poterat, leviter tamen, ac sine tumultu, ne dormientis somnum inturbare viderentur. Sed de his alibi.

### Congregatio militaris Mon- 103 tesiae apud Hispanos.

Instituta sub regula Cisterciensi, idest, S. Benedicti, & Virginis Mariæ patrocinio à Iacobo huius nominis secundo, Aragonie, & Valentiae rege, anno 1317. (alijs 1319) Pontifice Ioanne XXII. Imperatoribus Occidentis Ludovico IV. Orientis Andronico I. Dicta Montesiae, à Montesa, oppido diœcesis urbis Valentiae, ubi primum, & præcipuum huius militia domicilium erectum est. Utuntur equites cruce rubra, plana, super vestem candidam. Unitam esse huic familiæ aliam, quæ S. Gregorij de Alfa ma, (est Alfama oppidum Valentiniū in diœcesi Tortosana) dicebatur. Leges passim apud scriptores Hispanos. Crediderim fusile institutam à Petro hoc nomine secundo, Aragonie rege, an. 1201. Pontifice Innocentio III. Imperatoribus Occidentis Filippo, Orientis Baldovino Belga. Verum confirmatam non invenio ante annum 1363. quo à Benedicto XIII. approbationem accepit, & 1369. Montesiana unita est ab eodem Benedicto, quem pro vero Pontifice colluisse Aragonios, non semel monui. Agit de hac militia Rades de Andrada in Chronic. Calatrava cap. 16. Mariana de rebus Hispan. lib. 15. cap. 15. Zurita lib. 6. annalium, Aragon. cap. 26. Garibay lib. 32. cap. 11. Lobera in vita S. Froilani, cap. 19. Gondiculus Argote de Molina lib. 1. sua histor. cap. 32. Illesc. in Pontif. part. 2. lib. 6. cap. 2. Barnabas Montal. in Chronic. Cisterc. tom. 1. lib. 2. cap. 17. Polyd. de invent. lib. 7. cap. 5. Cassan. in Catalog. part. 9. cons. 9. apud quem Volaterr. in Antropologia, lib. 21. Sylvestr. Marul. in Ocean. lib. 3. Morigia lib. 4. cap. 4. Llamas 3. part. Methodi, cap. 11. §. 10. Tapia au thent. ingressi, verbo monasteria, cap. 51. Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 5. & 6.

### Congregatio militaris S. Ste- 104 phani Papæ, & martyris, apud Florentinos.

Instituta à Cosmo Medice magna Etruria due, acq[ue] hoc nomine ine primo, sub regula S. Benedicti, & nomine ac nu-

## Prima pars Decreti.

472

ac nomine S. Stephani Summi Pontificis, hoc nomine primi, Florentia patroni, anno 1591, Pontifice Pio IV. qui sequenti anno eandem familiam confirmavit, Imperatore Occidentis Ferdinando I. tyranno, Orientis Solymano; designatus est in familia magistrum ipse Cosmus Medices, atque eius in posterum successores, Etruria Duces. Institutum militum, Mauros, & Turcas à Tirreno mari longe arcere; tessera crux rubra, cum limbo aureo, forma, & specie omnino Melitensi simili, super vestem candidam, ex serico undulato. Sunt apud eos (quemadmodum apud nostros) Avizij S. Iacobi, & Christi, milites præter equites, Sacerdotes, itemque Servientes, ut appellant, & Donati, aliquo tamen discrimine, donati, enim non quadrimembrem, sed trimembrem præferunt crucem, absciso superiori stipite. Melitensium fere instituto vivunt, sed castitate in tantum coniugalem profitetur, paupertatis vero loco, charitatem. Præcipua, & amplissima huius familie sedes, totius ordinis caput, unum cum gubernatore familie magni ducis vices gerente, Pisis sita est. Lege de hoc ordine Consil. Pij IV. datam anno 1562. 7. Iulij, incipit. His qui pro religionis. 4. Bullarij, edit. 2. Scribunt de hac militia Onuffr. anno 1562. Morigia lib. 4. cap. 8. Sylvest. Marul. in Ocean. lib. 3. Gualter. in tabula, saeculo 16. pagin. 745. anno 1562. Illesc. part. 2. lib. 6. cap. 31. Sansorinus lib. 2. titulo equites S. Stephani, Menenius in delit. eodem titulo. Vide præterea scribentes vitas magnorum duorum Etruriæ, ut Aldum Manutium in vita Cosmi Medicis primi Ducis.

### 105 Congregatio militaris Sanctæ Mariæ de monte Carmelo, apud Gallos.

Instituta sub regula S. Benedicti, à Duce Sabaudie Emmanuel Philiberto, Emmanuelis regis Lusitanie ex filia Catharina, nepote, anno 1572. Pontifice Gregorio XIII. (qui eodem anno religionem confirmavit edito diplomate 16. Septembris, incipit Christiani populi, est sextū in Bulleto, 2. edit.) Imperatore Occidentis Maximiliano II. Orientis tyranno Solymano. Institutum militare est Sabaudiam ab hereticis illasam tutari, deinde totam Italiam, cuius ipsa claustrum est, & munimentum. Insigne, sive tessera, crux alba, cuspidibus in flores desinentibus, appellant Galli Florigeram, super vestem holosericam, ex tabino undulato, coloris purpurei, sive carmesinij. Designavit Gregorius, Emmanuel, Philibertum, & subsequentes duces Sabaudiæ, perpetuos ordinis magistros. Duo sunt præcipua ordinis domicilia, Nicœa Nisa de Provençal, ad littus Tirrenum in confinio Gallie, urbis pulchritudine, & satis munitæ. Alterum Augustæ Taurinorum Turim, ducis Sabaudiæ regiae. Militat ordo sub tutela, & patronicio

S. Mauriti ducis Thebaæ legionis, quem dominus Sabaudica impensé colit. Incidit eius, & sociorum solemnitas in 22. Septembris. Cæterum anno Domini 1572. auctus est ordo S. Mauriti ordine S. Lasari Hierosolymitani, de quo nos supra nu. 85. quem Gregorius XIII. ipsi, constitutione lata, adunivit, declarato utriusque, sive unius ex utroque, magistro, eodem Emmanuel, & subsequentibus Sabaudiæ ducibus. Lege constitut. Pro commissa nobis, de qua supra citato num. Dicuntur nunc milites S. Mauriti, & S. Lasari, ferunt utriusque ordinis tessera, nimirum intra crucem viridem S. Lasari, crucem candidam S. Mauriti, extantibus eius ramis ad angulos, ubi stipites crucis viridis inter se committuntur. Scribit de utroque ordine latissime Guillelmus Baldeßanus in sacra historia Thebaæ, ubi eos erroris arguit, qui Mauritiana familiam ab Amadeo primo Sabaudiæ duce (is ille est, qui sub nomine Felicis V. pontificatum aliquando gessit, electus anno 1439. postea in gratiam Nicolai V. veri Pontificis pontificatum depositum) institutam esse scriperunt. Agunt de hac familia fere omnes, quos pro familia S. Lasari supra citavimus. Lege præterea Mattheum Belloium in histor. Ludovici XI. regis Gallia, lib. 3. Petrum Belloium in origin. equest. cap. 20. Franciscum Modium in pædætis triumphalibus. Menen. in delit. equest. iii. ordo equit. S. Mauriti. Mirum origin. Benedict. lib. 13. cap. 32. Morigiam lib. 4. cap. 7. Sylvest. Marulum in Ocean. lib. 3. pag. 207. Azor. tom. I. lib. 13. cap. 5. & 6.

### Congregatio militaris Sanctæ

Mariæ de monte Carmelo, apud

Gallos. Instituta à Philiberto Nerestanio Gallo, viro militare insigni, sub regula S. Augustini, ann. Christi 1609. Pontifice Paulo V. regnante in Gallia Henrico IV. Imperatore Occidentis Rodolfo II. Orientis tyranno Amurate, incorporatus est huic ordini, ordo militaris S. Lasari per Galliam, institutus primus magister Nerestanus, qui eodem anno Parisijs, ut testatur Menenius tit. equit. S. Marie, &c. In monasterio suburbano S. Lasari Canonorum regularium S. Augustini, nonnullos equites creavit, designata omnibus pro tessera, cruce violacea, Virginis Mariæ effigie insigni, ex collo pendente, pariterque clamydi affixa. Nec Carmiliani, nec Mauritiani equites à nuptijs arcuntur. Lege de hac familia Menenium citatum, Mirum in rigin. August. lib. 1. cap. 32.

Hæc sunt, quæ de familijs equestribus religiosis, & votis se adstringentibus, breviter commentari placuit: cæteræ, quæ secuntur, licet equestres familiæ sint, tamen honorariorum sunt, & minime religiosæ, nec votorum obligationibus subsunt, ac proinde sub obligationem

tionem nostri testi non veniunt, eas tamen hic adnectere, visum fuit, ne coriosi lectoris aviditas, in hoc laborem nostrū requireret; porro, contraham me, & eorum, quæ supersunt, breviarium tantum faciam, remitto ad scriptores lectore, quos indigitabo, ubi planior, & plenior earum notitia.

108 Congregatio militaris tabulæ rotundæ apud Anglos. Hac est pri-

ma omniū, quas legerim, equitum congregatio, instituta ab Arturo Anglie rege, quem sub Pontificatu Simplicij, ab anno 468. usq; ad 483. regnasse; scribit Illesc. in Pontif. part. I. lib. 22. cap. 16. Dicta mensa rotunda, sive orbicularis, quod quatuor supra viginti athletas (Cassan. in Catalog. part. II. conclus. 21. centum, & leptuaginta numerat) equestris ordinis rerum gestarum gloria pares, equestribus item ornamenti cōdecoratos, pari honore, & amore, ad mensam orbicularem Arturus invitaverit, ne quis se alij prælatum prave iactaret, nec alij suppositum in vide doleret. Oſtendit hac nostra tempestate illam mensam, equitum nominibus inscriptam, in Castro Vintoniensi Heclor Boetius lib. 9. de histor. Scotia; Leslaus episcopus Roffensis de Scotorum rebus, lib. 4. authores sunt. Mihi, cui omnia ista de rotunda tabula proximè ad fabulas accedunt, induci animus non potest, ut credam, nec ulli ad credendum authore ero. Simili orbiculari mensa sedisse duodecim Pares Francie, apud Carolum magnum, & de vera Parium origine, scribit frater Bernardus de Britto in Chronic. Cisterciensi, lib. 3. cap. 11.

109 Congregatio militaris Ginetæ, apud Gallos.

Instituta à Carolo Martello, anno 727. Pontifice Gregorio II. Imperatore Leone Isaurico. Dicta *Gineta*, ab animalculo illo, quod p tefera circumferebant equites in anulorum palliis insculpto, appellant *Genetam Hispani*, & ex eis Galli. Porro *Gineta* genus est mustellæ, sive vulpeculæ, pelle partim nigra, partim subcinericia, alternantibus inter se maculis, pulchritudine viris principibus commendabilis. Duplicem habuisse causam instituendi hanc militiam sub *Gineta* symbolo, Carolum authores memorant: primam, ut in insculpta *gineta* allusio fieret ad nomen uxoris Ioannæ, quam ipse ardenter deperibat, vocitabat p nonnumquam Ianetam, *Ginetam*, & similia amoris vocabula. Secundam, ut hoc argumento, sive monumento, memoriam illius victoriae ad posteros transmitteret, in qua ipse prope Turenem trecenta septuaginta quinque Maurorum millia, una cum rege Abdieama, gladio assumptis. Lege Batoniū tom. 9. anno Christi 725.

Quia vero nobilissimum, & exercitatissimum Maurorum equitatum ex genetis, (sic appellant eos equites, qui contractis stapedis ex equis depugnant) constasse animadvertisit, voluit sapientissimus rex, ut in *Gineis insculptis*, propter nominis similitudinem devictorum equitum memoria servaretur. Vide de hac militia Menenium in delicijs equestr. titulo, *Ordo equum Ginetæ in Gallia*, ubi alij.

Congregatio militaris Lilij, 110 apud Navarros.

Instituta à Garcia rege Navarra, Sancij (quem Imperatorem Hispaniarum, multi appellant) filio, annis aliquot ante eius mortem (obiit anno 1053. teste Mariana de rebus Hisp. lib. 9. cap. 4.) in honorem B. Virginis, ob inventum a le ciudem magnæ matris simulachrum, cui ipsa, & Stephania uxor, magnifici operis fanum Anagri, Natera posuere. Datum militibus pro tessera vasculum candidissimis lilijs oppletum, sive coronatum; ea specie, qua ante Virginem ab Angelo salutatam depingi passim solet: hinc equitatui nomen deductum; ferre etiam ex lege tenebantur lilia candidissimi coloris, phrygionico opere vestibus intexta, lego Peniū Bello in originib. equestrib. & Menenjum, apud quos alij. Ceterum hunc lilij equitatum multi rei- ciunt in regis Ferdinandi (quem Infantem de Antequera, annales Hispani, nominant) tempora, institutum q ab eo tradunt anno 1403. Pontifice Bonifacio IX. Imperatoribus Occidentis Venecslao, Orientis Andronico III. Addunt praediti scriptiores, regem in Ecclesia S. Mariæ oppidi Methymnæ campestris, Medina del Campo, tesseram ritu solemni, unā cum aliquibus alijs, non tam maiorum nobilitate, quam rebus in bello præclare gestis, adlegi promerentibus, suscepisse: vas scilicet lilijs floridum, sive è cuius ore lilia candidissima erumperent, una cum Grypho, quæ & lateri sinistro affixa, & suspensa e collo gestarent, videntus Hieronymus Zurita in histor. Aragon. lib. 12. cap. 30. Romanus in repub. christian. lib. 7. Illesc. in Pontif. part. 2. lib. 6. cap. 19. ubi dicitur, vulgo dici hano militiam de la Tarraça de los azenas, de la iarra de S. Maria, quasi diceres vasebus, liliotum, aut phiale S. Marie. Quid si hic lilij equitatus non unus fuit, sed duplex? Suspicor, inquireo. Vide cuiam infra de equitibus lilij, apud Italos.

Congregatio militaris Canis, 111 apud Gallos.

Instituta ab aliquo ex Comerstabiliis, Francia domus Melmo- ravia, quo anno, & à cuius nominis auctore, id temporū injuria absumpit, centum tamen est regnante in Gallia Filippo I. (capit is regnare anno 1059. desit anno 1106. Baron. tom. 12. gisdem anni). erectam iam fuisse. Enim vero scribunt

scribunt nonnulli ad eius aulam accessisse Butchardum, quendam Metmoraciacum, nobili equitum manu consipatum, quibus, ut ipsi duci Comitabili, eadem omnino erant insignia, collare nimis ex cervorum capitibus intexum, pendente ad medium pectoris canis effigie. Lege Filippum Moreum in tabula insignium Francie, Menenium in delitijs equestribus. Vbi addit erectam quoque esse à domo Metmoraciaca aliam equestrem familiam, cuius symbolum erat Gallus gallinaceus, sed quo anno, vel quo auctore, nec ipse prodit, nec Petrus Belloius in originibus equestribus, cap. II. ubi de ea meminit.

**112 Congregatio militaris Sancti Salvatoris, apud Aragonios.** Instituta (ut ex Bellois in originibus equestribus, refert Menenius infra citandus) ab Alfonso hoc nomine I. Aragoniae rege, qui se Hispaniarum Imperatorem dici voluit, anno 1118. Pontifice Gelasio II. Imperatoribus Occidentis Henrico V. Orientis Alexio Comneno. De symbolo, sive tessera huius militiae altu apud scriptores Hispanos silentium est, externi tantum aiunt eam institutam fuisse ad debellandos Mauros, qui Cæseraugustanum tractum occupabant. Ceterum existimio capta Cæseraugusta ad an. 1118. die 28. Decembris, regem hanc militiam instituisse, cum ut posteris esset victoriae monumentum semper hunc tum ut hoc honore, qui prædictate in prælio se gesserant, haberent virtutis premium, ceterisque ad similia aggredientur incitamentum, nechaon ut devoti bello milites in exigendis ab Aragonia finibus Mauris, pro virili elaborarent, ut revera sequenti biennio exacti sunt. Obiit Alfonsus in acie contra Mauros prope Fragam in acie ad Cingam annem oppidum est Fraga in Aragonia finibus, quæ parte Catalonia attingunt) ann. 1154. ex Marianâ de rebus Hispan. lib. 10. cap. 15. Lege de militia Salvatoris Menenium in delitijs equestribus, tit. Ordo Salvatoris in Aragonia.

**113 Congregatio militaris Christi, apud Italos.** Instituta à Pontifice maximo Ioanne XXII. intra annum 1316. & 1318. Imperatoribus Occidentis Ludovico IV. Orientis Andronico I. Tessera equitibus Crux rubra, intersecante alia candida eiusdem formæ, ac illa est, quam equites Christi in Lusitanâ circumfertint, addit tamen Itala limbum aureum, quo Lusitana caret. Crediderim ex hac militia desumptissime extenuos scriptores, occasionem scribendi Ioannem XXII. Christi militiam apud Lusitanos fundasse, quod supra iam monui, venia tamen digni sunt, cum utriusque erexit, in idem penè tempus incidet, ac Lusitanam Ioannes XXII. confirmaverit, addic-

edem nomine, & habitu utramque insignis, sed honore, & rerum gestatum gloria tantum quantum nostra distat ab Italia? Latissimum sane discrimen est, licet alia deessent, Lusitanam Christi militiam religiosam esse, Italam tantum honoratam. Lege de hac militia Francisco Tarraphnam, & Ioannem Confeditum in Collectione privilegiorum Mendicantium, Menenium in delitijs equestribus. Recurre ad Militiam Christi, apud Lusitanos, nro. 102.

### Congregatio militaris Bandæ, apud Castellanos.

Instituta ab Alfonso hoc nomine XI. Castellane, Maria Lusitana, S. Elizabethæ ex filio Alfonso, hoc nomine IV. Lusitania rege, neptis, marito, anno 1332. Pontifice Ioanne XXII. Imperatoribus Occidentis Ludovico IV. Orientis Andronico I. Institutam hanc militiam in urbe Victoriae scribunt Hispanorum annales, lege Marianâ lib. 16. cap. 2. Data equitibus (quam etiam rex sibi gestandam assumpit) protessera, tribus, Hispani dicunt banda (hinc militiae nomen) rubri coloris, quatuor lata digitos, à dextro humero. Subtus sinistrum brachium protensa, ac corporis circundueta. Adlegi in hunc ordinem poterant nisi ingenui tantum, & quos maiorum prosapia nobilitaret, quique grande virtutis specimen, sive in bello, sive in aula regis hastiliis, & torneamentis, non semel edidissent. Excludebantur tamen nobilium primogeniti, ad quos parentum hereditas devolvenda erat, ceteris quibuscumque admissis. Rex cum successoribus militiae magister designatus. Habitum hic honor longo tempore magno in pretio, consequentum vero principum societatem, scrumque humanarum inconstitutia, ita paulatim desistit, ut vix aliquando fuisse per vestigia eruamus. Lege Marianam ubi proxime. D. st. Antonium de Guevara episcopum Mendoniensem, epistola ad Comitem Beneventanum, ubi egregia. Sanxay. de origin. equitum. lib. 3. apud quem statuta hujus militez, & nomina primorum equitum, Menenium in delitijs equest. Garibay in compendio, lib. 4. cap. 7. Romanum in repub. Christian. lib. 7. Illes. 2. part. Pontific. lib. 6. cap. 19. sub Alfonso XI. Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 6. ubi ait inititum fuisse hunc ordinem, anno 1366. Sed mendum videtur esse in typographia, cum vero calculo Alfonsus obierit anno 1350. qd. Martij, annis ante suppurationem Azorij sexdecim. Is ille est Alfonsus, qui memorabili prælio ad Saladam annem, una cum socero Alfonso Lusitanie rege, hoc nomine IV. reges Marrochianum, & Granaten tem debellavit, cæsis bello, fugaque supra ducenta hostiump milia, viginti tantum Christiani desideratis. Vide me in hister. mea episcop. Portucalenum, 2. part. cap. 19. ubi latè de hac victoria,

Congre

**115 Congregatio militaris Guar-**  
**teriae, apud Anglos.** Instituta sub pa-  
 trocinio S. Georgij martyris, ab Eduardo hoc nomine III. Anglorum  
 rege, ann. 1350. Pontifice Clemente VI. Imperatoribus Occidentis Carolo IV. Orientis Calo  
 Ioanne. Militum statuta excr̄bit Sansorin. de orig.  
 equit. lib. 3. Ferūt equites pro habitu clamydem  
 cœrulei coloris, periscellidem item, sive tæniam  
 cœruleam (Angelis Guartier, aut si mavis, subli-  
 gare gēmis, auroq; fibulatum, quo sinistrū crux  
 infra genu involuunt, nos dici mus ligas, his dis-  
 tinctum notis Gallica lingua, Honisost, qui maly-  
 pense, idest, male illi vertat, qui male cogitat. Ferunt  
 præterea equites collare, quod magnū vocant,  
 cum anniversarius S. Georgij tutelaris dies  
 quotannis 22. Aprilis recurrat, vel cum pro ma-  
 iestate regi, aut alicuius novi equitis in augura-  
 tionibus adsistere debent: sit hoc ex eadem  
 tenia sive fascia sèpius iterata, rosis alternatiū  
 rubris, & candidis intertextis, appensa Divi  
 Georgij imagine, id est, D. Georgio, feroci, &  
 generolo equo insidente, atq; in hastam pro-  
 no, vulnusq; minitante. Nobilissimum totius  
 equestris ordinis domicilium Vindisoijs situm  
 est. An illuc reges cum militibus ad natalitia  
 S. Georgij 22. Aprilis celebranda, adhuc se  
 conferant, ut moris erat, an turbata Calvinis-  
 mo religione, hæc etiam malus Dæmon inter-  
 turbaverit? Mihi non constat. De regibus ab  
 Eduardo instituto ad Henricum usq; VIII.  
 illud testari possum, nihil eos habuisse sole-  
 nius, nihil celebrasse magnificètius, nihil ma-  
 jori luxu peregisse, quam D. Georgij sacrum  
 in oppido Vindisoijs, præsentibus quotquot  
 erant Guarteria, equitibus, atq; ultra divitiarum  
 sortem, regium apparatum æmulantibus. Vi-  
 de Polydor. Virgil. in Eduardo III. Cæterum cre-  
 dunt aliqui instituendi ordinis sub hoc sym-  
 bolo, caulam dedisse regi periscellidem suam,  
 quod eam in prælio ubi regem Scotia Davidem,  
 vivum ceperat (alij ad prælium, quo Ioannem  
 Gallie regem comprehendenderat, referunt) militi-  
 bus tessaram præscripsit, ne Anglos p Gal-  
 lis ferirent; que res quia feliciter cesserat, as-  
 sumpta pro insigni periscellide, ordinem hunc  
 crexit, honestiori quidem principio, quam  
 quo alij derivant; aiunt enim Ioanne Com-  
 missa Salisburgia, eximia pulchritudinis, utinam,  
 & pudoris! Fœminæ, quam rex unicè depe-  
 ribat, coram Eduardo, vel cum ipso Eduardo  
 choreas agenti, subligare decidisse, regem q  
 illud è terra substulisse, ac sibi reservasse, ma-  
 le interim suspicantibus, qui aderant, atq; in-  
 ter se sub murmurantibus. Quorum rex, ut si-  
 nistram de fœmina opinionem elevaret, nec  
 impudici latere quidquam amoris, palam ut  
 proficeretur, assumpta in argumentum honoris

Ioanne periscellide, ordinem hunc stabilivit,  
 regium esse dictitans eisdem periclitâteni fœ-  
 minam condecorare argumētis, unde alij pra-  
 vè suspiciosi, dedecorandi occasionem deduxe-  
 rāt, enim vero, ut scite scripsit Plutarchus, ne ho-  
 norem multum depereas, & onus aliquando honorat, &  
 decus dedecorat. Adcirū ad collegiū periscellidis  
 ultra viginti supra sex equites, nō possunt, quos  
 etiam oportet ex prima esse regni nobilitate,  
 sex Lusitanis unū quē sciam maioribus equalē  
 seu æqualibus maiorem Alvarū Vaz D'almada  
 proavū adlectū cōstat) ipso rege, & filio Princi-  
 pe Coriphœ. Adi Polyd. in Eduar. III. lib. 19. Engl.  
 hist. Menen. in delit. equest. ubi alij. Gualt. in tab.  
 Chron. sac. 14. ann. 1350. ubi Genebrard. & alij.  
 Illesc. in Poni, p. 2. lib. 6. c. 4. Azor. tom. 1. lib. 13. c. 6.

116

**Congregatio militaris Stellæ,**  
**apud Gallos.** Instituta à rege Gallia Ioanne,  
 sub patrocinio D. Virginis,  
 triumq; Magorum, qui nascentis Christi in cu-  
 nabula, & rupem Bethleemicam stella duce in-  
 viserunt, Matth. 2. anno 1352. Pontifice Inno-  
 cētio VI. Imperatoribus Occident. Carolo IV.  
 Orientis Calo Ioanne. Designatum est in huius  
 familiæ domiciliū, illud ipsum, quod S. Audoe-  
 nus monachus Benedictinus habuit prope Pari-  
 seos. Habitus, stella in pallij capuccio, sive ali-  
 quo eminentiori loco, unde facile videri pos-  
 set, adexta addebat præterea stellæ corona,  
 cum lemmate, monstrant regibus astra viam: hanc  
 eandem è torque aureo suspēsam è collo fere-  
 bant equites, litteris circum circa illud idem  
 symbolum significantibus. Desijt iam esse hæc  
 militia apud Gallos, succendentibus eius loco  
 alijs, de quibus infra. De ea videbis Genebrard.  
 in Clement. VI. Gualterum in tabul. Chronographi-  
 culo 14. ann. 1350. pag 699. Illesc. p. 2. Ponif. lib. 6.  
 cap. 4. Sansorin. de origin. equit. lib. 3. Menenium in  
 delitijs equestrib. Nicolaum Viguerium tom. 3. histor.  
 Bibl. Claudiu Paradignum in symbol. herocis. Ioannens  
 Bodinum in sua repub. cap. 4. Iuliui Cesarem Capucciū  
 Italiæ, de le empere, lib. 1. Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 6.

**Congregatio militaris Colū.** 117  
**be, apud Castellanos.** Instituta à rege

Castellæ Ioanne,  
 hoc nomine I. ann. 1390. 25. Julij, in urbe Segobia,  
 Pontifice Bonifacio IX. Imperatoribus Occi-  
 dentis Venceslao, Orient. Andronico III. da-  
 tus militib; p tessera, aureus torques, radijs  
 solaribus distinctus, pendente columbae effigie,  
 unde nomen militiæ derivatū. Cæterū pereatu-  
 te, hoc ipso erectionis anno, Ioanne rege, una  
 cum eodem hæc ipsa militia perijt, nec confir-  
 mari prius cœpit, quam evanuit, lege Marian. de  
 rebus Hispan. lib. 18. cap. 13. Roman. in repub. christ.  
 lib. 7. Meuen. in delit. equest. ubi addit inventū est.

& excogitatum ab eodem Ioanne rege, insigne aliud, quo armigeri, & inferioris notæ equites, qui præclare se in hastiludijs, & torneamētis, ac singularibus certaminibus gererent, condecorarentur, appellatum voluit, de la ratione, rationis, qua forma, quaque specie fuerit, id omnino non prodit, nec ego legere me unquam memini.

**118 Congregatio militaris Nodi, apud Neapolitanos.** Instituta à Ludovico rege Neapolitano, Ioanna regina marito, anno 1352. Pontifice Innocentio VI. Imperatoribus Occidentis Carolo IV. Orientis Calo Ioanne. Tesseræ, sive militare symbolum, nodus erat ex filo aureo, & argenteo pectori intextus. Agunt de hac militia Mattheus Villanius in hist. sua, an. 1351. Pandulfus Collenucius lib. 5. hist. Neapolit. Ioannes Baptista Carrafa lib. 5. hist. Neapolit. Angelus Constanzius lib. 6. hist. Neapolit. Nicolaus Annellus Pacca Neapolit. in libello ordinum, & societatum militarium regni Neapolit. ubi priorum equitum nomina describit: Ioannes Antonius Sumonte hist. Neapolit. tom. 2. lib. 3. anno 1352. Menenius in delitijs equest. edit. 2. Macerata anno 1623.

**119 Congregatio militaris Annuitatæ, apud Sabaudos.** Instituta ab Amadeo VI. Sabaudia comite, quem Viridem appellant, anno plus minusve 1352. Pontifice Innocentio VI. Imperatoribus Occidentis Carolo IV. Orientis Calo Ioanne. Erexit hunc equitatū Amadeus, in memoriam Amadei primi Sabaudia comitis, cognomento magni, cuius virtute, & auxilijs Ottomarus Turcarum rex, oppressam longa obsidione Rhodum fugiens, dereliquit, anno 1310. ut testantur ferè omnes illius temporis scriptores, maxime Iacobus Bossius in hist. Melitens. tom. 2. lib. 1. an 1310. ubi hunc Amadeum vocat quartum. Insigne equitum torque aureus in speciem collaris, quo alani canes circunligantur, ex quatuor lamellis aureis compositus, errantibus inter lamellam, & lamellam nodis amatorijs (sic apud externos scriptores appellari video implicationes illas quibus inter se pontificij galeri pendentes vittæ, & holoserici funiculi congregabantur, cum stemmate gentilitio galerus sup imponitur) illo lemmate F.E.R.T. quod si resolvas in totidem voces, quot in illo litteræ visuntur, erit, Fortitudo eius Rhodum tenuit. Nemirum quia magni Amadei virtute actū est, ut equites Rhodiani in sustinenda illa longa obsidione diu p̄sistenter, nec hosti longe licet superiori, cederent. Pendet ex collari imago D. Virginis, cum Angelo nuntiante. Sedes, sive templū ubi inauguriati solent milites est, apud Petram Castellum, oppidū Sabaudiz, in cœnobio

Carthusiano. Lege Philibertū Pingonum in descriptione Augustæ Taurinorum, Umbertum Vanderbachium in rebus Sabaudicis, Julianū Taboat in repub. sua, Illeſlib. 6. cap. 4. p. 2. Sansoyin. lib. 3. ubi statuta eiusdem ordinis ab Amadeo publicata transcribit, Menen. in delit. equeſtr. Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 6.

### Cōgregatio militaris Draconis, apud Germanos, & Hungaros.

Instituta ab Imperatore Segismundo, anno 1418. Pontifice Martino V. Placuit christianissimo Imperatori, pro exornādis equitibus suis, Draconis præcipitati effigies, cùm ut Deo gratificaretur devictum à le hæreſeos monstrū, extinctamq; longissimam, & periculofissimam iſchiam hydram, quæ tot capitibus Ecclesiam divexarat, quot diximus in hist. nostrā Episcop. Portucalensium, p. 2. cap. 22. ab electione scilicet Vrbani VI. anno 1378. usq; ad pontificatū Martini V. anno 1417. tum ut equites suos moneret decertandum sibi cum eodem hæreſeos Dracōne, nec arma suspendenda, donec is ab Ecclesiæ cælo præcipitatus, terras metu liberans, æternis carceribus manciparetur. Vide Petrum Belloium in originib. militaribus, cap. 22. Menenium in delitijs, ubi addit ex Hieronym. Roman. in hist. Hispanica. Ioannis hoc nomine II. Castelle regis temporibus Hispanum quandam Moysen (nomen Valentini arguit) Didacum de Valera, virū militaris exercitijs clarum, trium ordinū insignibus ab Alberto hoc nomine II. Romano Imperatore donatū fuisse, Draconico scilicet, tanquā à rege Hungarię, Tasinio (ignotum mihi quale illud fuerit) ut à rege Bohemiar. collati disciplinarū (erat ex aquilis cædificissimis elaboratū) tanquā à duce Austrar. Lege cūndem Menen.

**Congregatio militaris Velleris aurci.** Instituta sub patrocinio, & tutela beatissimæ Virginis, ac nomine S. Andreæ Apostoli, quem domus Burgundia impense colit, à Filippo cognomento Bono Duce Burgundia, ann. 1429. Pontifice Martino V. Imperatoribus Occidentis Segismundo, Orientis Andronico III. Cepit Brugis Flandrorū, mense Januario, quo die Isabellam (perperam multis scribunt Mariam) Lusitaniae Infantem Ioannis, hoc nomine primi regis filiam, uxorem sibi adcivit. Designata est pro habitu equitibus, toga lancea cœnea, (mutavit postea Carolus filius cognomento Audax in holosericā) cum torque aureo, ex ignitabulis, & silicibus affabre composito, pendente ab illius medio agniculi spolio aureo, vulgari lingua Toson, ubi militia nomen del Toson. Fuere aurei velleris equites à primæva sui institutione, non plures, quam unus, & triginta, auxit postea ad unum supra quinquaginta Carolus quintus Imperator, comitijs

comitijs Bruxellensibus, anno 1516. Cæterum eò maiestatis devenit hæc militia, ut potentissimi christiani orbis Principes in illam cooptari, non cupiant tantum, sed ambiant. Penes Hispaniarum reges, ut Filippi institutoris hæredes, adlegendi equites arbitrium residet, etiam extra capitulo, concessione Gregorij XIII. & Clementis VIII. Lege quas argutias ex ferro hoc, & lapide igniario excusserit *Claudius Paradignus*, addita ignitabulo illa epigraphe *Ante ferit, quam flama micet*. Velleri vero *Pretium non vile laboris*. Plura videri possunt apud *Franciscum Roserium* tom. 3. cap. 109. Angit nonnullos an ad Gedeonicum vellus, de quo *Iudicium* 6. an ad Iasonicum, de quo passim poetæ, in symbolo hoc suo repexerit *Filippus?* Mihi fere certum est respexisse ad utrumque, sed maximè ad Gedeonicum, tum ex nomine militiæ imposito, *Virginis*, nimurum *Mariæ*, tum quia illo vellere *Mariam* præcipue significari, cui ille potissimum volebat applaudere, concors Sanctoru[m] Patrum sententia est, & intet eos *Tertullianus* lib. de *Carne Christi*, cap. 21. & lib. 3. contra *Marcionem*, cap. 20. *Ambrosij* serm. 13. *Chrisolog.* serm. 143. *Bernardi homil.* 3. super missus est. & sermon. 2. de *Annum*. *Methodij* in oratione de *Hypapante Domini*. *Procli* episcopi Constant. de *Deipara*; *Sophronij* serm. de *Assumptione*. *Damasc.* oratione 2. de *Dormitione Virginis*. Agit de hac militia multa, & cum multis, *Menenius* in delitijs equestrib. plura *Ioannes Bellus* monachus, & *Abbas* monasterij S. *Bertini*, ex ordine Benedictino in urbe Andomari, *Saintomer*. Galliæ belgicæ, in libello, quem lingua Gallica scripsit, de origine, progressu, & constitutionibus equitum aurei velleris, usq[ue] ad annum 1470. Quorum perpetuus est *Cancellarius* Abbas S. *Bertini* pro tempore. Lege præterea *Heuterum* lib. 4. rerum Burgundicarum. *Florentium* *Hæreum* lib. 1. tumultuum Belgicorum, *Haroldum* *Mermanum* in *Theatro* suo. *Laurentium* *Cuperum* de rebus Belgicis. *Franciscum* *Rogerium* ubi proxime. *Petrum* à S. *Iuliano* originum Burgundicarum, cap. 28. *Iacobum* *Meyerium* annal. *flandria*, lib. 16. *Petrum* *Ribadaneira* in vita S. *Andrea*, 30. Novemb. in fine. Ille se. 2. part. Pontif. lib. 6. cap. 12. & plures alios.

## Congregatio militaris Cardui apud Gallos.

Instituta sub patrocinio, & tutela beatissimæ Virginis à *Ludovico II. Borbone* duce, cognomento *Bono*, eodem fere tempore, quo illa aurei velleris, apud Burgundos erecta est, ab anno scilicet 1430. usq[ue] ad annum 1440. Pontifice *Eugenio IV*. Imperatoribus Occidentis *Segismundo*, Orientis *Ioanne Paleologo*. Collare sive baltheus equitum ex lilijs, & quatuor Cardui folijs, aut floribus in crucis modum connexis, componebatur, addito lemate lingua Gallica, *Speranza*, spes, pendebat ex collari lamella quædam

varijs liliorum floribus insculpta, gentilitium nimirum eius familiæ stemma in æquore ex æquo rubro, & argenteo, addita etiam eadem epigraphe *Sperance*. Declaratus est *Borbone* dux huius familiæ caput, cum potestate adlegendi, quos adlegi dignos iudicasset. Lege *Menenium*, ubi habes non iniocunda de mente ducis in tali symbolo eligendo. Vide infra

## Congregatio militaris Spicæ, 123 apud Gallos.

Instituta à *Francisco* huius nominis primo *Britannia Aremoria*, sive minoris, la petit Bretagne ducta, anno 1430. Pontifice *Nicolao V*. Imperatoribus Occidentis *Federico III*. Orientis *Constantino III*. regnante in Gallia *Carolo VII*. quem *Victorem* Galli nominant, tessera equitum torques ex spicis aureis, inter se crucem componentibus, ac caudicibus in nodos amorum (dixi supra in militijs, quid sint) complicatis, cum effigie pendentis muris pontici, sive alpini, candidi, *Armellinum*, vulgus appellat, hac addita inscriptione Gallica *Amarie*, idest, *ad meam vitam*, intellige, componendam, vel quid simile: quasi significare vellet nihil equiti christiano, & qui ad nominis immortalitatem adspiret, faciendum esse, quod in famæ dedecus, aut animæ maculam, verti posset, sumpto exemplo ab animalculo illo aded puritatis amante, ut si quando antri sui ostium firmo à venatoribus conspersum inveniat, ne illuc se recipiens illorum manus evadat, subsistat in medio cursu, gravius sibi, & calamitosius iudicans fadari, quam capi. Hinc illud etiam *Alphonsi Cardinalis Archiepiscopi Vlysi ponensis*, *Emmanuelis Lusitanæ regis filij*, responsum ad memoriam sempiternum. Monebatur Princeps sanctissimus, & religiosissimus à medico nescio quo satis experto, & sciente, sed parum in divinis rebus prudente, ut in ægritudine permolesta, & penè insanabili, remedium sibi ab actu venereo cum fœmina peteret, fin minus de sua actum salute, & vita cogitaret. *At ego* (inquit) malo mori, quam fadari. Macte animo *Alphonse!* nunc cælestibus illis viridarijs, ubi cædantia inter lilia candidissimus agnus depascitur, candidus, ceu *Armellinus*, experiris, quam tibi lucrosum fuerit male potius mori. quam fadari. De hac militia lege *Menenium* in delitijs equestribus. Porro similis familia equestri *Armellini*, sive muris pontici instituta est à *Ferdinando* rege Neapolitano, hoc nomine primo, anno 1463. Pontifice *Pio II*. Imperatore Occidentis *Federico III*. Orientis tyranno *Mahometo I*. Ferebant equites suspensum è torque aureo *Armellinum*, cæno undiq[ue] circunseptum, hac inscriptione, malo mori, quam fadari. Nimis quia institutor rex sororium suum *Marinum Martianum*

ducem Sueſſa, & Rosani principem, in se coniurantem, cum posset, noluit interimere, ne manus suas regio sanguine contaminaret. Lege Ioan-nem Pontanum lib. 1. de bello Neapolit. *Carrafam* lib. 10. histor. Neapolit. Angelum Constantium lib. 20. histor. Neapolit. Nicolaum Angelum Paccam de ordi-nibus, & societatibus milit. regni Neapolit.

**124 Congregatio militaris Hystricis, apud Gallos.** Instituta à Carolo Au-relianensi duce, & Galliarum rege, hoc nomine VII. anno 1435. Pontifice Eugenio IV. Imperatoribus Occidentis Segis-mundo, Orientis Ioanne Paleologo. Equitum symbolum Hystricis suis obarmatus, è torque aureo suspensus, hac epigraphe, *comminus, & eminus*, Enim uero ea est huius animantis na-tura, ut aculeos suos, cum intendit cutem, missiles habeat, & paulo longius eiaculetur in canes, si infestius insequantur, quorum etiam, cum proprius urgent, ora transfigit, itaq; iacu-lis *comminus, & eminus* pugnat, lege Plinium lib. 8. cap. 35. Iovium in symbolis heroicis. Ioachimum Camerarium in emblemata. sive symbolis. Allusum ad hanc Aurelianensem tessera m. nescio quo, illo carmine ad Hystricem.

*Spicula sunt humili pax hac, sed bella superbo,*

*Et vita ex nostro vulnere, nexq; venit.*

'Adi Menenium in delitijs equeſtrib. apud quem le-gere etiam est symbolū quoq; ab hystrice pe-titum, cum elogio Vltus avos Troie, de cuius sen-su, & anima, multa Authores citati.

**125 Congregatio militaris Squamae, apud Castellanos.** Instituta à Ioanne hoc no-mine secundo, Castella rege, incertum quo anno regni sui, regnare incipit, anno 1419. desig. anno 1454, fuere interim Summi Pontifices Martinus V. Eugenius IV. Nicolaus V. De tesserā, sive insigni militiæ, nihil omnino conſtat, tantum de nomine *Squama*, ea scribit Hieronymus Romanus in Ioanne secundo, cap. 30. & 37. quæ in altissima hac caligine, nec scintillam quidem accendant.

**126 Congregatio militaris Sancti Georgij, apud Carinthios.** Instituta à Federi-co III. Imperatore Austriaeo, anno 1468. Pontifice Paulo II. tyranno Orientis Mahometo. Institu-tus ordo est, ut iminentes Hungariæ, Styriæ, & Carinthia Turcas procul arceret. Habitus, crux rubra, & plana, qualis fere est omnium equi-tum S. Georgij, ut apud Genuenses, & alibi. Sedes magni magistri (quem Principis digni-tate auctum voluit Federicus) Melistadio Ca-rinthia oppido amanissimo, sita est, & ordo pluri-mis, & amplissimis privilegijs stabilitus.

Lege Lazio lib. 3. terum Vianensem, & Menenium in delitijs equeſtribus.

**Congregatio militaris S. Michaelis, apud Gallos.** Instituta à Lo-duvico rege Gal-liarum hoc nomine XI. anno 1469. Pontifice Pa-uilo II. Imperatore Occidentis Federico III. Orientis tyranno Mahometo, imperij Con-tantinopolitani eversore. Pro ordinis lymbo lo præferunt equites (quorum rex Galliæ du-cem agit) collare aureum, intermixtis con-chilijs, à quibus aliquando dicitur ordo combi-natus, cum appensa imaguncula Divi Michae-lis Satanam è cælo præcipitantis, addito lem-mate, immensi tremor Occeani. Fundando ordini sub patrocinio tanti Archangeli, ansam pregebuit viſus à Carolo septimo Ludovici victoris pa-rente Aurelianorum urbem ab Anglorum im-petu defendente, Archangelus Michael ante ipsas acies obvios quosq; Anglorum procul-cans, & feriens, Gallis vero animum addens, & auxilium. Ut autem collatum à D. Michae-le beneficium ad posteros transmitteretur, or-dinem hunc equeſtre erexit, & sub eiusdem Archangeli nomine, erectum voluit. Agunt de hac familia latè Scriptores Gallici ad Ludovicū XI. Sansovin. lib. 3. orig. equeſt. ubi militiæ statuta la-tè recenset, Ioannes Tilius lib. 2. de rebus Gallicis, Franciscus Modius lib. 5. ad Ludovicum XI. Menenius in delit. equeſt. apud quem nomina priorū equi-tum invenies. Genebratd. in Paulo II. Gualter. in tabula Chronograph. saeculo 15. anno 1469. Illeſe. in Pontif. part. 2. lib. 6. cap. 17.

**Congregatio militaris Sancti Georgij, apud Italos.** Instituta ab Ale-xandro VI. Pon-tifice Maximo, inter annum 1492. & 1503. Maxi-miliano I. Imperatore. Attributa militibus p tessera crux aurea, cum corona intra circulum aureum. Vide Bernardum Lucemburgum in lib. de armorum militarium mysterijs, hodie non extat; co-rum institutum fuit arma Turcis inferre. Vide etiam Menenium ubi proximè.

**Congregatio militaris Sancti Petri, apud Italos.** Instituta à Leone X. Pontifice maximo, an-no 1520. Imperatoribus Occidētis Carolo V. Orientis tyranno Solymano. De instituto con-ſtat ex Bulla erectionis, eodem anno, 20. Augusti, incipit, *Sicut prudens*. Habitus, sive tessera, ima-guncula D. Petri in auro sculpta, pendens ad medium pectus ex torque aureo, cuiq; ex poste-ro latere, sive à tergo, Pontificis insignia pro tempore existentis adnecterentur, cum thyara, sive regno, & clavibus decussatim ad-iectis. Confirmavit horum militum privilegia, quæ

quæ amplissima sunt, Clemens VII. Constitut. Ministerio, anno 1527. 3. Ianuarij, Paulus III. Conf. Providentia, anno 1534. 1. Martij. Pius IV. Constit. Circunspecta, anno 1561. die 25. Augusti. Lege Chaconium in Leone X. Menenium in deliis.

### Congregatio militaris Crucis

Burgundicæ. Instituta à Carolo V. Imperatore, ann. 1535. 22. Iulij, die natalitijs B. Mariæ Magdalenaæ sacra, apud Tunetum Africæ urbem, quam ea ipsa die ab Hariadeno Ænobarbo vi armorum ceperat Pontifice Paulo III. Adciuit Carolus in hunc ordinem eos omnes, quorum ipse virtutis in illa expiditione spectator, & admirator aderat. Designata pro honoris symbolo, lamella aurea, cum cruce Burgundica ex una parte, lignis duobus, sive bacillis, truncatis ramis, & decus latim inter se connexis, adiuncto calybe igniaro, ignem è silice excutiente, cum hac epigraephæ Barbaria, quia nimis illorum virtute, Africam (Barbariam Hispani vocant) subegredit. Ex altera vero parte Mercurij planetæ effigie, nam Mercurij die Tunetum captum, hostes cæsi, Hariadenus in fugam convertitus, ingentem Cælari adorcam, militibus prædam, christiano orbì securitatem, peperere. Adi Menenii in delit. equest. tit. Ordo crucis Burgundica.

### Congregatio militaris S. Pauli

apud Italos. Instituta à Paulo III. Pontific. Maximo, anno 1541. Imperatore Occidentis Carolo V. Orientis tyranno Solymano. De cuius institutione late idem Pontifex Constitut. Romanus Pontif. anno 1541. 19. Iulij. Confirmavit Iulius III. Conf. Circunspecta, anno 1549. 11. Aprilis. Moderatus est in partē privilegia Pius V. Constit. Sacrosanctum, & Conf. Quæ ordini. Vide in Bullario. Habitus militum, sive insigne, brachium nudum, gladium distictum manu præferens, vesti adiutum, vide in eadem Constit. Pauli III. Romanus Pontifex.

### Congregatio militaris Delilio

apud Italos. Instituta à Paulo III. Pontif. Maximo, anno 1546. Imperatore Occidentis Carolo V. tyranno, Orientis Solymano. Dicti de Lilio, quia ad tutanda litora in provincia Tuscja, quæ (verba sunt Pontificis in Constit. In B. Petri sede, anno citato, die 2. Augusti) adeo amana, & iocunda est, ut cunctis doctibus ab illarum largitore Deo, reserta existat, ac merito lilius appellari, & illi lilio convallium, quod sacra pagina commemorat Cant. 2. nu. 1. Si celestia humanis comparanda forent, quodammodo comparari valeat. Dicta præterea est de lilio, à tessera, quam milites circumferunt, imaginem scilicet D. Virginis Marie ad quercum, in lamella aurea insculptā, cuius ex altera parte sit lilyum prægrāde, cœrulei co-

loris in campo aureo, cum hoc lemmate Pauli III. Pontif. Max. munus. Sedes huius militæ, apud Viterbum urbem Pontificiaæ ditionis, ppe quam domus est Virginis à queru nominata, eoquod in trunko quercus apparuerit eius simulachrum, de qua Petrus Antonius Spinellus de B. Virginie tract. de festis, ac templis, nu. 54.

### Congregatio militaris equitū

Piorum, apud Italos. Sic dicta à Pio institutore, anno 1560. 23. Martij, Imperatore Occidentis Ferdinando I. tyranno, Orientis Solymano. Tessera militæ imaguncula D. Ambrosij episcopi Mediolanensis (erat institutor Pius ex urbe Mediolano) in lamella aurea insculpta, & de collo suspensa, cui ex altera parte insculpta quoq; sunt eiusdem Pij, vel Rapæ p tempore existentis insignia, supraposita thysa, & clavib; pontificijs. Adi Constitut. Pij patris aliissimi, edita ab ipso Pio IV. in erectione huius militæ, Belloium in origin. equest. Menenium in deliis, &c.

### Congregatio militaris S. Spiritu

tus, apud Gallos. Instituta sub tutela, & nomine S. Spiritus, ab Henrico hoc nomine III. Gallorum, & Poloniae rege, anno 1579. (alijs 1578.) Pontifice Gregorio XIII. Imperatore Occidentis Maximiliano II. Orientis tyranno Amurate III. Instituta est sub nomine S. Spiritus, quod ea ipsa die, qua in Apostolos sacrū flamen Hierosolymis descendit, Henricus ex duce Audium, Anid, Poloniae rex sit electus, ac plura alia beneficia è cælo hauserit, quæ grata animi significatione cōpensare studens, hoc eretto ordine in primis gratificatus est. Designatus habitus equitibus pallium nigrum holofericū, liliorum floribus, flammisq; atq; alijs ex auro, & argento heroris notis phrygionatum, & torques aureas ex lilijs item, & flāmis undequaq; circūdantibus, cum litteris, quæ vel Henrici fundatoris, vel præsentis regis nomina declarant elaboratus, appensa cruce Militensi simili, cuius in medio columbae effigies inhæreat, quæ tamen non nisi solemni in augurationis die, hoc est sacro ipso Pentecoste, ferri possit, cæteris quibuscunq; diebus decreta tantum crux holoferica lutei, seu crocei coloris vestibus adsuta, in bello vero argentea, alia insuper collo innea, ex vitta, sive fascia cœrulea, suspensa. Placet hic adnectere verba, quibus rex huius militæ caput, cæteros equites in ordinem coopertat. Ordo, inquit, hoc te paludamento sui fraterni contubernij involuit, ad propagationem, & columnen fidei orthodoxæ, & catholicæ religionis. Ex inde torquem cervici imponens, addit. Manu regia nostra militia tessera accipe, facit Pneumaticis torquem,

torquem, sit tibi iniagi memoria Servatoris Christi passio, cuius symbolum crucem vestibus insuendam tibi præcipimus, annuat Christus, ne quam fidem votis, & sacramento oppignorasti, fallas: si secus feceris, ex albo militie expunctus, indicias decretis ordinis pœnas experieris. Adlegi in hoc collegium ex instituentis decreto, ultra centum equites non possunt. Statuta militie in publicum edidit Barnabas Brissonius parlamenti Lugdonensis præses. Agit de hac familia latè Cesar Campana in histor. mundi Italè scripta, lib. 9. anno 1578. ubi recenset primos huius militie equites, Genebrard. sub Gregor. XIII. Gualter. in tabula Chronograph. sœcul. 16. anno 1579. Menenius in delitijs equest.

### 135 Congregatio militaris Lauretana, apud Italos.

Instituta à Xisto V. Pontif. Maxim. anno 1586. Imperatore Occidentis Rodulfo II. Orientis tyranno Amurate III. Dicta Lauretana, quod in laudem D. Virginis Lauretanæ, & ad tutandam ipsam domum Lauretanam erecta sit, ut Xistus ait Constit. Postquam, eodem anno die 5. Iulij. Habitus equitum lamella aurea è collo suspensa, in qua ex una parte sit Virginis Lauretanæ simulachrum, id est Virgo ipsa, cù puero Iesu in brachio sinistro, ex alia vero parte insignia Pontificis pro tempore existentis, impositis thyara, & clavibus, eomodo, quo inter se committi solent. Lege eandem Constitut. Postquam, item aliam, eiusdem Pontificis, anno 1588. 23. Iulij, incipit. Romanum decet Pontificem. lege etiam Chaconium in Xisto V.

### 136 Congregatio militaris sanguinis Christi, apud Mantuanos.

Instituta à Vincentio Gonzaga Mantua IV. & Monferrato duce II. anno 1608. Pontifice Paulo V. Imperatore Occidentis Rodulfo II. Orientis Austriaco, in ipsa nuptiarum lætitia cù Margaritam Sabaudia, filio suo Francisco Gonzaga, uxorem tradidit. Habitus, sive equitum insigne, torques aureus ex varijs lamellis aureijs inter se alternatim cōnexis, quarum una, verba illa ex Psalmo 60. Domine probasti, scripta præferat, alia vero subsequens, virgulas, seu tela aurea ligata inter se, ac flamarum globulis supposita, deinde recurret prima, iterum secunda, &c. donec baltheus perfecte componatur. Suspenditur ad medium pectus pixis aurea, quam hinc, inde, alati iuvenes duo sustinent, ipsa vero tribus sanguineis gutulis in medio apparentibus, coronatur, ambiente pixidem hac epigraphe Nihil isto triste recepto. Erectum est sodalitium hoc equestre in memoriam sanguinis Christi Servatoris, cuius aliquot gutulas Sandus Longinus miles, qui eius latus in Cruce aperuit, in ipsa passione collectas, una cum parte spongæ Do-

minicæ, secum in Italiā adsporavit, & Ecclesia S. Andreæ urbis Mantua impensè colit, & religiosissime adservat. Nomina eorum, qui ad Collegium primo adlecti sunt, Federicus Folinus in triumphis suis Italè scriptis, ex ordine memorari additè ducem Mantua, perpetuum ordinis designatum esse magistrum, ab eodem Summo Pontifice Paulo V. Transcribunt eadem Miraus in originib. equestrib. Menenius in delit. equest. Ceterum de sanguine Christi in passione effusi, an scilicet aliquæ eius particulæ in terris remanserint? An omnes gutulæ receptæ iterum sint in corpus servatoris in ipsa resurrectione? Dubia fatis quæstio est, & quæ miris modis auctorum ingenia divexat. Dixi de illa, quæ mihi fatis visa sunt in hist. mea episcoporum Portualem p. 1. cap. 12. dicam plura cap. Invitat, de consecr. dist. 2. ubi me vide. De sanguine vero Mantua assertato dubitari non potest esse verū Christi sanguinem, & illius particulam, quem pronobis patiendo Hierosolymis effudit. Scribunt enim veteres Francorum annales, Adu Vienensis, Ajmoinus, Regino, Abbas Vesperiensis, Leonem Illi Pontificem Maximum Carolo magno id petente, contulisse se Mantuam, anno 804. ut de veritate sanguinis Domini, miraculis multis ibi coruscante, diligenti præmissa disquisitione, deceiceret, atq; inde in Germaniam ad Carolum perrexisse, ut cum eo Christi Natalitia celebraret. Et quanvis ijjdem historici non explicent, quid in illa quæstione Leo decreverit, testatur tamen Cardinalis Baron. tom. 9. anno 804. statim in principio, extare diplomata Pontificum, quæ nos de hac veritate non sinant amplius dubitare. Addit Cardinalis Bellarmin. lib. de scriptor. ecclesiast. in S. Athanasio, observatione ad tom. 4. §. Liber de passione, fieri non posse, ut si Pontifex aliter de illo sanguine censuisset, tandem conservaretur contra ipsius decretum, maximè cum Leo III. tantus, ac talis Pontifex extiterit. Ad hæc, quotannis festum sanguinis Domini nostri Iesu Christi Mantua celebratur 12. Martij, ut scribit Franciscus Ferrarius in suo martyrolog. edito Venetijs, anno 1625. Item Venetijs in Basilica S. Marci, ubi Dominus Ioannes Teupulus Patriarcha Venetus, hoc festum introduxit. Scribit præterea Ferrarius, ubi proximè, in die Ascensionis Christi ostendi populo ampullam christalinam, cum tribus gutulis sanguinis, maximo totius Mantuæ, & vicinarum urbium concursu, quæ omnes, non miraculosum sanguinem, sed ipsissimum, qui è vulneribus Christi effluit, adorare se credunt. Deduxi hucusq; militares ordines ex annorum serie, assignatis unicuiq; institutioni sua temporibus, nunc, qui supersunt, quasi coniectam in numerum, cum nihil de institutionis anno, & in aliquibus nihil de ipso institutore, invenire potuerim.

Congre-

137 Congregatio militaris Balnei apud Anglos. Instituta creditur in regno Angliae, de anno, & institutore scriptores silent. Dicta Balnei quod in privilegio inaugurationis, equites toto corpore balneis lavabantur, ut puri, putique ad sacras cæmonias accederent. Portabant protessera ex lacinia, sive vitta purpurei coloris, pendentes coronas tres, in orbicello aureo insculptas, cum hac epigrapha, *Tria in unum.* Lege Guillielmum Candenum in description. Britannia.

138 Congregatio Cardui Sancti Andreæ apud Scotos. Instituta à Rege quodam Scotie sub nomine, & tutela S. Andreæ Apostoli, quem gens illa maximè colit. Tesseram equitū torques aureus, ex carduum floribus intra orbicellos aureos inclusis, cum hoc lémate, *Nemo me impunè lacescit.* Nimirum quia Carduus tractari, & contrectari volentibus, asper est, & aculeis obarmatus, è collari pendet S. Andreas cruci suæ adnixus. Adi Hectorem Boetium lib. 10. de rebus Scoticis, Ioachimum Camerarium in symbolis heroicis, Menenium in delit. equest. Recurre ad numer. 123. Alios etiam apud Scotos fuisse equites ex Ruta appellatos, quia nimirum ex ruta ramis in auro effigiatis, collare è collo suspendebant, cum eadem Sancti Andreæ imagine, leges apud cundem Menenium ubi proximé.

139 Congregatio militaris elephâtorum apud Danos. Instituta à rege, nescio quo Dania, sub tutela, & nomine Beatissimæ Virginis Mariæ. Dicta elephantorum, ob elaboratum torque ex elephitorum simulachris, turres dorso sustinentium, interpositis inter elephatum, & elephantum, calcaribus equestribus: duo extremitate proboscide se intuentur, ac geminas catenulas aureas sustinent, ex quibus Virginis effigies cum puerō Iesu, quam sol ambigit, luna iuslinet, demittitur. Ab extrema iterum imagine catenulae aureæ duas procurrunt, quibus adhæret orbicellus aureus, tribus clavis æquali à se spatio dissidentibus, insculturus. Lege Menenium in delit. equest. tit. ordo elephâtorum.

140 Congregatio militaris Cypri. Instituta à rege quodā Cyprio, é domo Lusignana apud Gallos, quo tempore illius regni stabat fortuna, nec in Turcarum tyrannidem inclinaverat. Tesseram equitum torques ex littera S. maiuscula, sive unciali, sèpius iterata; laciniam auream circumvoluta, componebatur. Pendebat

ab extrema lacinia gladius acie nuda, & argentea, capulo aureo, & deorsum protuso, inerrante in gyrum, gladij hoc lémate Gallica lingua. Pur loyauté maintenir, pro fide servanda. Enim verò in S. silentij nota apud Romanos, non vulganda amicitia secreta, sed silentio involvenda, in gladio verò evaginato, nō extimescenda pericula, sed omnia pro amico adeunda, & subeunda palam huius fodalitij comilitibus, dabatur intelligi. Lege Menenium in delit. equest. titul. equit. Cypri.

141 Congregatio militaris Seraphinorum apud Suecos. Floruit hæc familia in regno Sueciae, quo institutore, idem mihi non claret. Gestabant equites protessa, torque ex alatis seraphinorum capitibus conspiciendum, medijs inter seraphim, & seraphim crucibus patriarchalibus, sive primacialibus, quales vides ante se, & inspectore suo gestare Primates Hispaniarum Archiepiscopos Bracharenses. Adi Menenium, titul. ordo Seraphinorum.

142 Congregatio militaris gladiorum, & galeæ apud Suevos. Ferebant huius equites tesseram ex gladijs ita sibi invicem adhærentibus, ut primi cuspis, secundi cuspidem tangeret, gladijs super imponebatur cassis murali corona ex argento circuncincta, plumisque virentibus gemmicens. Erigebantur ex utroque cassidis latere vexilla duo argentea, decussatis hastilibus, volitante in vtraque gallo rubro. Vide Menenium, titul. ordo gladij.

143 Congregatio militaris Calzæ apud Venetos. Renovatam tantum in anno 1562. institutam nusquam memini me legere, quod etiam ingenue profitetur Leonardus floravantius in speculo suo scientia universalis, ubi addit, & ex eo Menenius, nihil sibi hucusque constare de symbolo, sive tesseram horum equitum. An vero sit alatus Leo, quem Veneti S. Marci leonem nominant, & suspensu plures ex illa repub. nobiles è torque aureo gestant, vulgo equites Sancti Marci? Mihi affirmare non lubet, suspicari non piget.

144 Congregatio militaris Hungarica. Gestant equites crucem viridē, clamide purpurei coloris, fundatos scribit Hieronymus Megiserus in tractat. de tripli equitum genere part. 2. cap. 16. anno plusminusve 1400. Imagini horum equitum, quos vestibus ad talos usque demissis, cum cruce viridi in dextro

dextro pallij latere, depingit *Iodocus Amannus de habitu clerii ecclesie Romanae*, iupposito epigrammate *Francisci Modij*, illud lege, si vacat.

**145 Congregatio militaris Sancti Gerionis.** Vocabantur equites cruce patriarchali, triplici colliculo viridi super imposta. Suspicor hos ipsos esse, quos Constantinopolitanos vocat *Iodocus Amannus libello proxime citato*, ac toga viridi, & pallio rubro, cum patriarchali cruce fulvi coloris, induitos depingit, subscripto *Francisci Modij epigrammate*, illum adi. Porro *S. Geronis* tutelaris festum incidit in 10. Octobris, passus est Coloniae Agrippinæ ad Rhenum. Lege *Bavoniam* in notis eiusdem diei.

**146 Congregatio militaris naviū apud Gallos.** Habuit pro tessera duas nigri coloris naves, in campo aureo, cum tertia galeæ clipei super imposta, serebant etiā equites collare ex cochleis, sive conchilijs, intra sinum semilunæ inclusis, fortassis, ut significant Galli, devictos à se, non semel Turcas, qui semilunis, pro stēmate uti solet, in expeditionibus navalibus. Lege *Mennium*, titul. *ordo navalis*. Legere etiam est apud *Ioannem Antonium summone tom. 2. lib. 4. anno 1381. historiam Neapolitanæ Carolum* hoc nomine tertium, Regem Neapolitanum, militarem *navis ordinem* instituisse, cuius ipse caput fieri voluit, refert ibidem *Ioannes Angelum Constantium in hist. Neapolit.*

**147 Decurrimus hucusque militarium ordinū Collegia,** erunt fortasse aliqua, quorum hic requirantur non nostra, non nostra quidem culpa, sed quod libris ea scripta non sint, vel quod talium librorum, nobis copia non suppetat, non quia comparate undique non curemus, sed quia in nostram hanc Lusitaniam difficilime ab externis typographis transmittuntur. Satis sit præcipua indegitasse, nunc ad alia.

**148 In Gloss. I. Inter eos, & servos.**

Docet *Glossa*, non dari differentiam inter servos, & originarios, sequitur *Aldroband. in §. servitus* num. 29. *Instit. de iure personar.* cui suffragatus *textus in lne diutius*, ibi *Quæ enim differentia Cod. de agric. lib. 11. Contrarium observat Glossa*, & *Doctores communiter in d. §. servitus*, *Glossa*, verbo peculia in l. *Si quis presbyter C. de Episcop. & clericis.* *Glossa* I. in cap. *admituntur infra eadē*. *Cass. in consuetud. Burgund. Rübr.* in principio, *communis ex Aldroband.* ubi supra. Moventur quia, iura passim distinguunt servos ab adscriptitiis d. l. ne diutius, urget cap. 2. ibi, *sint liberi, de iudeis.* Alij pro concordia medium sectantur viam, astrentes, *adscriptitos esse liberos, sed nihilomi-*

*nus servilis esse cōditionis, quasi inter servos, & liberos medium teneant, ita Commanus lib. 2. iuris civilis cap. 10. Valasc. de iure emphat. quæstione 37. numer. 6. Tulector lege, & elige.*

## C A P. Mancipia christiana.

### XIII.

#### S V M M A R I V M.

1. *Christiani non possunt esse Iudaorum mancipia.*
2. *Christiani christianorum nō fiunt servi ex bello.*
3. *Apostatae à fide possunt esse christianorum servi.*
4. *Christianus potest habere servum Iudaum.*

**I**N textu, ibi, Perducite. Liber- tatem  
nancisci christianos, si iudæorum fiunt mancipia, deciditur expresse *I. Deo nobis 57. C. de Episcop. & clericis. & cap. multorum, de Iudeis*, & hoc licet iusto bello capiantur, nec ad aliquod malum contra legem Christi à dominis excitentur, tenet *Covar. in regula peccatum part. 2. §. 11. num. 5. de regul. iuris in 6. Salomon. tradat. de dominio quest. 3. artic. 1. post. 3. conclusionem Aragō. ibi Sayr. in clavi lib. 9. cap. 6. num. 12. qui indifferenter loquuntur, sive iudæi sint christianis principibus subiecti sive non : contra *Bart. leg. hostes ss. de captiis Sylu. verbo, furium quæstione 6. Soto lib. 4. de iust. quæstione 2. art. 2. post. 3. conclusionem Molin. tom. 1. de iust. tradat. 2. disp. 53. & disp. 37. §. ab hac conclusione, qui aiunt christianos fieri captivos iudæorum, & infidelium, si capiantur bello iusto, & capientes non sint subditi imperio christianorum, quod etiam probabile iudicat. *Sayr. in clavi lib. 9. cap. 6. numer. 12. non longe à fine, Lessius de iust. lib. 2. cap. 5. dub. 4. numer. 12. ubi allegat Covar. in regula peccatum 2. part. §. 11. nu. 6. & dubio 5. num. 20. & sane non caret probabilitate sua hæc sententia, propter ius gentium christianis, iudæis, & paganis cōmune, à quo introductum est captos bello iusto esse servos, & cui derogari minimè poterit à principibus christianis, in terris nō sibi subiectis.***

Vtrum vero christianus captus à christiano in bello iusto fiat servus? Responde non fieri ex præscriptione, & consuetudine introducta in honorem libertatis, qua per Christum redempti sumus ita *Lessius citatus dub. 4. numer. 12. Sayr.*

Sayr. citatus cap. 6.n.10. ad medium, ubi appellat communem. Bart. in l. hostis ff. de captivis.

- 3 Quid si christiani sunt desertores fidei, & apostatae? Respondet Bañes 2.2.tom.1.question.40. art.1.dub.12. & tom.2. tract. de dominio questione 2. Salom. tract. de dominio quest. 3.art. 1. post. 4. conclusionem. Valent. tom.3. disp. 3. quest. 16. pundo 3. Sayrus citatus cap. 6. numer. 10. ad fin. illos non gaudere hoc privilegio, ratio enim ipsa postulare videtur, quod in honorem fidei introductum est, ut ipsis, qui fidem comtemplaverunt, non prospicit.

5 Poterit tamen christianus habere servum iudeum, cap. et si iudeos, de iudeis, ita tamen, ut cum eo familiaritatem non ineat, cap. sape, cap. nullus cap. omnes 28 questione 1. Angel, verbo, iudeus, nu. 3. ubi Sylu. questione 3. dicto 1. Armil. num. 7. Tabet. questione 3. num. 4. Sanch. tom.1. Decalogi. lib. 2. cap. 31. numer. 6. ubi num. 7. & sequentibus agit de decem casibus, in quibus cauetur christianis communicatio cum iudeis, qui referuntur. cap. nullus, & cap. omnes, 28. questione 1. & capit. ad hac, de iudeis, & constituit. 17. questione 4.

### C A P. Nulla officia. XIV.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Officia publica non debent iudeis committi.
- 2 Christiani non debent à iudeis circūcidi sub pena capitali.

1 N textu. Collige ex illo nulla officia publica iudeis debere iniungi, consonat textus in cap. cum sit nimis, & in cap. ex speciali, de iudeis Abb. in d. cap. cum sit, num. 1. Molina de iustitia tractat. 2. disput. 39. §. quintus est ad fin. late Salzedo in practic. capit. 22. verbo, Neophiti num. 3. qui plures refert, Tiraq. de primog. questione 66. num. 42. ubi controvertit, utrum iudeorum filij habeant ius primogeniturae? qui omnes nostri textus meminere.

2 Ibi, Circumcisii, Consonat textus in l. unic. Cod. ne christianum mancipium, ubi decapitatur iudeus, qui servum circumcidet, de quo Molina d. disp. 39. §. quintus est. Adde Afflict. decis. ult. num. 14. Bœrium decis. 254. qui .disputant quomodo poena capitalis intelligatur.

### C A P. Fraternitatem. XV.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Pater Molina textus meminit.
- 2 Contra presumptionem iuris an admittantur probationes?

1 N textu. Collige, quod si iudæus, paganus, vel hereticus servum christianum quocumq; titulo possideat, eo ipso, servus ille libertatem consequitur, nullo persoluto pretio. Amplia, quod si possideat servum nondum christianum, & servus ille baptisum suscipere voluit, eo ipso quod christianus fuerit effectus, cōsequitur similiter libertatem, & cito dominus, postea si dē suscipiat, non propterea servus ille amittit libertatem suam, textus in l. Deo nobis, §. his ita. C. de episcopis, & clericis, late Pater Molina de iust. tractat. 2. disput. 39. §. quartus est, qui nostri textus meminit, & eius materiam latē prosecutur.

In Glossa verbo, Dicitur. Docet

Glossa,

quod contra presumptionem iuris, & de iure non admittitur probatio, de quo vide Covar. de sponsalibus 1. part. cap. 4. §. primo, num. 3. Rojas singul. fidei 166. Mexia in pragmat. taxæ panis concl. t. n. 145. Marsil. singul. 116. Alciat. de presumpt. in principio 2. part. ex num. 4. refert alios Cened. collectan. ad Decretales 131. num. 3.

### C A P. Si quilibet. XVI.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Servi confugientes ad ecclesiam, an gaudeant illius immunitate?
- 2 Diclio, Olim, quid significet?

1 N principio textus, ibi, Servus ad venerabilia loca cōfugerit.

Vtrum servi confugientes ad ecclesiam gaudeat eius immunitate? Vide textum in leg. si servus C. de ijs, qui ad ecclesiam confugiunt. & in cap. metuentes 17. questione 4. Gutierrez. lib. 1. practicar. questione 1. num. 3. Gambacorta de immunitate lib. 4. cap. 12. num. 2. & cap. 13. per totum. Gregor. Lopez partit. 1. singul. II. 1. 3. verbo, Dargele novis ter, &

ter, & eleganter Ludovicus Correa in selectione cap. inter alia de immunitate ecclesiarum 3. part. num. 6. & sequentibus. Azor. inst. moral. part. 2. lib. 8. cap. 9. q. Quid dicendum. Hoc tamen loco notandum est cum Hostiens. ad cap. Inter alia de immun. Eccles. num. 5. Servum ad ecclesiam confugientem posse dominum petere sibi restitui, praeslito prius iuramento, de illum non offendendo Ita Ioan. Andr. lib. 7. Anch. & Buit. in summario. Panor. numer. 1. vers. seruus fugiens. Zabarella ante num. 1. & 5. Navar. cap. 25. num. 19. Mascard. de probat. concil. 533. Soares de Pace part. 5. cap. 3. nu. 153. Cardos. in praxi Iudicium verbo, Servitus, num. 69. Ludovicus Rodolphim. quæst. variar. lib. 2. quest. 36. num. 11.

2 In textu, ibi, Olim. Quæ dictio respicit tria tempora, præteritum, præsens, & futurum, ideo ad omnes potest aptari. Eulgof. confid. 22. numer. 3. Tusclus tom. 2. littera D. conclus. 319.

## C A P. Et si Iudeorum. XVII.

## S V M M A R I V M.

- 1 Concil. Toletan. 12. quando celebratum?
- 2 Christiana mancipia eorum, qui in Inquisitione damnantur, ab mancæ libera.

**I**N superscriptione, ibi, ex Cōcil. Toletan. 12. Interfuerunt huic Conilio Episcopi numero triginta quinque, fuit celebratum apud urbem Toletanam, sub die quinto Iduum Ianuar. era 719. anno primo Eruigij Regis, cum ex gloriose Principis iussu in unum conuentum fuissent episcopi aggregati, & in Basilicâ sanctorum Apostolorum debitis in sedibus locarentur. Vide Garciam Loaysa in collectione Concilior. Hispan. fol. 548. ubi in notis nonnulla adducit.

2 In textu. Vide Molin. de iust. tract. 2. disp. 39. §. quartus est, ubi de materia. Vtrum autem christiana mancipia eorum qui in tribunali Inquisitionis de crimine heresibus, aut apostasiæ à fide damnantur, libera maneat? Vide Alphosum à Castro de iusta hereticorum punitione cap. 7. simanc. de catholicis titul. 61. à num. 8. Peña ad 3. part. director. q. 119. commentar. 168. latissime Molin. de iust. tractat. 2. disp. 40. per totam, ubi tam de iure civili, quam Canonico

affirmativam partem multis fundamētis teneatur, adde Sbar. de fide disput. 22. sectione 5. num. 6. Sanch. tomo primo decalogi. lib. 2. capis. 24. à numer. 9.

## C A P. Præsenti. XVIII.

- 1 Concilium Matisconense quando celebratum?
- 2 Doctores qui de materia textus disputatione.
- 3 Dictio Vbicunque quam significationem habeat?

**I**N superscriptione, ibi, In Cōcil. Matisconensi, 1. Quod fuit celebratum in Gallia anno Christi 582. anno 2. Pelagi Pontificis, & Guntheramni Francorum Regis cum viginti Canones in illo Concilio sanctos fuisse constet, non nisi decem, & novem reperiuntur, ijdemque omnes ad morum emendationem, ecclesiasticamque disciplinam spectantes, complures vero ad iudæorum pertulantiam coercendam. Vide Baronium tom. 7. anno Christi. 582. ad finem.

**In textu.** Consonat cap. ultimum de iudicatis, & de textus materia vi de Perez lib. 8. ordinamentis tit. 3. l. 3. Glossa 1. Petralta in Rubr. de heredibus inserviendis numer. 187. Azevedum libr. 8. recopilationis titul. 2. lib. 2. numer. 29. Gregor. Lopez partit. 3. titul. 13. leg. 6. Glossa 5.

**In fine textus, ibi. Vbicunque;** Quæ dictio est universalis, apta comprehendere omnia loca, cap. ad honorem, de usupallij textus in l. ubicunque ff. de interrogat. actione quæ disponit scribentem posse ubicunque compelli recognoscere manum suam de quo Roman. confid. 371. in casu proposito num. 2. & 3. Limita quando profertur in materia restricta ad quædam loca, quia tunc importat solum illa loca restricta per alia iura, ita Geminian. confid. numer. 92. vers. Quia ad hoc Respondetar. Tusclus tom. 2. littera D. conclusione 391.

## C A P. Si servus absente. XIX.

## S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus servum à se ordinatum scie-  
ter reddit in duplo.
- 2 Ordinati in minoribus nō debentur in  
duplo.
- 3 Nec quibus legata est libertas, post ali-  
quod tempus, & deest modicum.
- 4 Expectanda est iudicis sentētia ad du-  
pli solutionem.
- 5 Episcopi possunt tacitè dispensare, ubi  
possunt expresse.
- 6 Episcopi non possunt tacitè absolvere à  
censura ubi possunt expresse.
- 7 Ex ratione futura non bene colligitur  
dispensatio præsens.
- 8 Ex taciturnitate, & patientia Episcopi  
non colligitur animus dispensandi  
in foro externo.
- 9 Ex precepto Episcopi de certa scientia,  
colligitur animus dispensandi.
- 10 Probatio huins scientiae incumbit pro-  
moto.
- 11 Ex facto alieno, quod quis indagare  
tenetur, colligitur scientia illius.

**C**ollige ex textu, Episcopum ordinantem servum alienum scienter teneri pretium eius domino in duplo restituere, manente servo libero, si presbyter, aut Diaconus ordinatus fuerit; quod intellige si Episcopus habeat unde solvat, vel præsentantes ipsum ad ordines, quod si inscio Episcopo, & præsentantibus est ordinatus, vel si non habent unde solvant, cogentur ipsi ordinati redire in servitutem ad dominos, eo modo, quo dixi in cap. Quis autem leges, supr. n. 2. ita ut presbyter amittat peculium, vel reddatur domino, ut serviat in honestis, non ut servus, sed ut liber, Diaconus, & subdiaconus vicarium prætent, sin minus reddantur in servitutem. Tolef. lib. 1. cap. 59. num. 1. Suan. de censur. disp. 51. sectione 3. num. 13. Reginald. in praxi lib. 30. tract. 2. numer. 63. Henr. lib. 1. de irregul. cap. 8. num. 7. & in Commen. littera D. Avil. de censur. part. 2. disp. 3. dub. ulti. quidquid contra dicat Saur. lib. 3. Thesaur. cap. 14. num. 5. ubi ait semper, & in om-

ni casu diaconum, & subdiaconum manere liberos, nec posse dominis servire, nisi in honestis, & decentibus.

In textu, ibi, Presbyter, aut 2

**Diaconus.** Nihil tamen disponit de subdiacono, aut de ordinatis in minoribus, sed dicendum subdiaconum gaudere eodem Diaconi privilegio, ut præsenta-  
to vicario, vel pretio pro se, sit liber, ita Doc-  
tores statim allegandi. Ordinati verò in mi-  
noribus in omni casu in quo contra domini  
voluntatem ordinantur, erunt ut servi, nec ad  
eos restituendos in duplo tenebuntur Episco-  
pus scienter ordinans, aut scienter præsentan-  
tes ad ordinationem. Ita Henr. lib. 14. de irre-  
gul. cap. 8. num. 7. & in Commentar. litter. D. Avila  
de censur. part. 2. disp. 3. dub. ult. ubi sequitur sen-  
tentiam Tolef. lib. 1. summa cap. 59. num. 4. Saur.  
citat. cap. 14. num. 5. De Suario non satis collig-  
ere possum ultra sit in sentētia, magis videtur  
inclinare etiam ordinatos scienter ab Episco-  
po in minoribus esse liberos, & pro eis dupla  
solutionem deberi. Vide illum d. disp. 51. sect. 3  
num. 12. ad medium, ubi de hoc.

Quid si servo ordinato, sciente Episcopo, &  
præsentantibus, legata sit libertas post annum,  
& is adhuc non sit completus, tenebitur ne  
adhuc episcopus, & præsentantes duplum sol-  
vere, & in casu quo non possint, multabitur  
presbyter peculij amissione, diaconusque, &  
subdiaconus tenebuntur, aut vicarium pro se  
præsentare, aut seipso redimere, ne incident  
in servitutem? Respondeo, tunc non deberi  
duplam solutionem, nec presbyterum mul-  
tari amissione peculij, neque diaconum, aut  
subdiaconum teneri ad se redimentum, obla-  
to vel vicario, vel pretio; quia fere nullus est  
momenti præiudicium, quod domino infer-  
tur; quod verius erit, si tempus quod adhuc  
superest ad consequendam libertatem, spatio  
sex mensium brevius sit. Pro pleniori proba-  
tione adi Sanch. lib. 3. de matrimonio disp. 18. num. 9.  
& disputat. 23. numer. 13. & lib. 7. disputat. 19. nu-  
mer. 4.

In textu, ibi, Recompenset. 4

Dubitari potest utrum hæc dupla recompen-  
satio debeatur statim, an spectanda sit iudicis  
sententia? Suan. d. disp. 51. sectione 3. numer. 12.  
ait statim deberi, probat, quia hæc lex non est  
vere pænalis, sed fundatur in & quietate quadam,  
ita ut servi pretium reddi inbeat pro servo  
ordinato, alterum vero pro iniuria, & violen-  
tia, quam infert domino faciendo, eo invito,  
servum suum liberum, & quemadmodum ab  
ipsa ordinatione servus liber est, & tenetur  
dominus illum, reddita solutione, dimittere,  
ita etiam statim solutionem deberi. Dicta sunt  
hæc

hæc valde probabilius, sed probabilius dicendum non debet statim, nisi æquam compensationem, ut videtur decisum in cap. per venerabilem, ibi licet ordinator satisfacere domino teneatur, qui filii sunt legitimi, pro altera parte, quæ iustum iatisfactionem excedit, expectanda erit iudicis sententia, ut potè clare pœnali, satisque per actionem, quæ datur ipsi domino contra episcopum, vel præsentantes, recompensatur violentia, quam lex domino infert, pro servi libertate.

### In Glossa verbo, absente, ibi,

**Circa notum.** Ait episcopum circa notum dispensare ipso facto, sive tacita dispensatione, quæ doctrina questione gravissimam involuit, Vtrum episcopi in legibus Pontificijs, in quibus de iure, vel de cōsuetudine, aut peculiari commissione possunt dispensare; p̄fint etiam id facere ipso facto, quod appellant tacitā dispensationem, & ex quibus signis talis tacita dispēsatio colligi possit? Tu pro hac difficultate, de qua nō satis explicate Doctores, statue sequentes cōclusiones.

Prima conclusio. Episcopi in eis legibus in quibus proprie, & expressè possunt dispensare, possunt etiam tacite, nec id valorem dispensationis impedit. Est contra Glossam in capit. 3. verbo, dispensatum de schismat, ubi Ioann. Andri. Anton. Abbas. Cardinal. Anch. Amian. & alij, & Glossa in cap. vnico, verbo, dispensare, de etate, & qualit. in 6. ubi Dominic. & Franchus. Innocent. in cap. veniens, de filijs presbyter. ibi, Anton Abb. Cardinal. Henr. præter hos, Imol. speculat. Bart. ad L. Barbarius. num. 12. ff. de officio prætor, vbi Iason. Horoscius, item Paulus Æneas de falco, Mando. Rosel. Angel. Sylu. Navarr. Sarmien. Antonius Cucus Autoryus Galziel. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumptione 20. Cajetan. Henr. Emmam. Rodrig. Azor, quos refert, & reiicit. Sanches lib. 8. de matrimonio disp. 4. num. 15. Sed eam tenent Innocent, Bellamer, Lambertinus, Sylv. Mayol. Salzed, Navar. Bernard. Diaz, Paludan. Margarita Confess. Henr. Medina. Sá, quod refert Sanch. citatus num. 17. Suan. de legibus lib. 6. cap. 13. num. 13. ubi seipsum refert de censuris disp. 41. sect. 3. Fundamenta leges apud Sanch. & suatum citatos, ubi de eius probatione latissime, & accuratissime. Breyites probatur, quia tota ratio, cur Episcopus non possit dispensare tacite, admittendo scilicet irregularē ad ordines, dando beneficium illegitimo, cui potest ex commissione iuris, vel speciali, cum scientia inhabilitatis, esset, vel quia requiritur cause cognitione iuridica, vel quia requiritur dispensatio expressa, verbalis, vel in scriptis, nequaquam requiritur ergo, &c. Maior continet causas ob quas nostram conclusionem non adiungunt Doctores citati contra illam. Minor probatur quæad priorem partem, non requiri-

scilicet, causæ cognitionem iuridicam, quia in primis pro foro cōscientiæ talis cognitio causa non est necessaria, sed satis est quod Episcopus sciat dari iustam causam dispensandi, & subditus existimet superiori talē causam esse notam. Deinde pro foro exteriori nulla ratione probatur esse hanc cognitionem iuridicā necessariam ad valorem dispensationis, sed sufficere ut dispensanti Episcopo constet de causa, ob quam dispensat in lege superioris, quomodocumq; id constet. Ita ferè Suan. citatus, tom. de legibus lib. 6. cap. 13. num. 16. Probatur minor quoad secundam partem, nimis non requiri dispensationem proferri verbo, vel scripto, quia id nullo textu probatur, ut expressè docet Sanch. citatus disp. 4. num. 21. Cum Anton. Abb. Cardinal. & Probo, quos ibi refert. Supponit hæc conclusio Episcopum verè habere causam dispensandi, hac tacita dispensatione, in lege superioris, alioquin ipsa dispensatio erit nulla, quod etiam procedit in expressa dispensatione, cum solum dispensare possit data causa ut bene notat Sanch. & Suan. citatus.

Sed contra, quia alias Episcopus communicando cum excommunicato illum censeretur ab excommunicatione absolvere. Cōsequēs est falsum ex, Clement. Unica de sent. excommunic. ubi etiam de summo Pontifice dicitur, quod licet scienter participet excommunicato, per hoc ipsum absolvere non censeatur, nisi aliter exprimat id se velle facere, ergo multo minus id de inferioribus episcopis dicetur, & colligitur ex cap. cum consideres de sentent. excommunicat. Ergo neque tacite aut solo facto episcopus cencabitur dispensare in irregularitate. Videtur enim eadem ratio, & supponimus in episcopo potestatem ad utrumque. Respondetur aliud esse absolvere, & aliud dispensare. Primum habet præscriptam in iure formam, secundum vero minimē: & ideo episcopi tenetur servare formam iuris in absolutione, non tamen in dispensatione cum nulla sit, & ita tenet Glossa in cap. ult. d. 51. verbo qui concubinas, & Glossa in cap. Si qui sunt dist. 81. & sequitur citatus Navar. cap. 25. num. 74. & Antoninus in tractat. de irregular. cap. 6. num. 15. Regius id. lib. 30. tract. 2. sect. 5 n. 31. in fine ubi citat, Felicianum in fine tractatus de irregularit. Sayrus de censur. lib. 7. cap. 14. num. 10. Cur autem non censeretur absolutus ab excommunicatione cum quo Summus Pontifex comunicavit in dict. Clem. ult? cum Romanus Pontifex independenter à iure positivo (cuius est ea forma) supremam habeat potestatē ad tollendam censuram? Dicendum est quod in casu non se declaravit Pontifex an veller suo facto absolvere, & quando indicia sunt incerta, positivo stādum est iuri quod formā præscribit ad absolvendum à censura, quamquam alias unicum Summi Pontificis verbum aut nutus

nutus pro absolutione valeat. Rebus in praxi beneficis. verbo, Datū n. 26. Suar. de cēf. disp. 7. sect. 9. n. 14. Secunda cōclusio. Non bene colligitur datā esse dispēlationē tacitā in aliquo impedimento, quod Episcopus nesciebat, etiā si cōstet illū dispensaturū, si de tali impedimēto sibi cōstaret. Est cōtra Glossā in l. Barbarius, verbo. Effecisse, ff. de offic. prætor. Bart. in l. 2. n. 2. C. si servus aut libert. lib. 10. Imol. in l. quidā consulebat, ff. de reiud. Annan. in cap. 2. num. 6. de schismat. Rom. conf. 216. num. 7 & 8. Menoch. de præsumpt. lib. 2. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 20. num. 13. & 26. Anton. Gabr. tom. 3. communem. lib. 1. tit. de præsumpt. conclusione 81. num. 15. Vtrum facile probatur, quia per voluntatē præsumptam de futuro, non tollitur obligatio præsens, quemadmodum per ratihabitionem futuram, nō datur iurisdictionis præsens, nec per præceptum præsumptum, etiam de futuro, vel sub cōditione si adesset superior, non potest induci actualis obligatio. Et quamvis ob præsumptā voluntatem superioris, possit subditus aliquem actum sibi vetitum licetē exercere, id erit quando actus omnibus modis non est prohibitus, ut optime declarat Suar. citatus tom. deleg. cap. 13. num. 20. Probatur deinde, quia dispensatio non potest habere effectum, nisi ex dispensantis voluntate, voluntas autem ferri non potest in incognitum, ac proinde pro impedimento incognito consensus actualis dari non poterit. Authores pro hac nostra cōcluſione videbis apud Sanch. citat. disp. 4. num. 11. 12. & 15. & Suarium citatum, qui eam evidenter explicant, & defendunt.

Tertia conclusio. Taciturnitas, & patientia Episcopi videntis aliquem iure, in quo potest dispensare impeditum, exercere ea, quæ sibi interdicta sunt, non est sufficiens signum ad colligendam tacitam dispensationem pro foro externo, licet facile possit contradicere. Eam tenent communiter Canonista cum Innocent, & Host ad cap. veniens, de filijs presbyterorum. sequitur Suar. de legibus lib. 6. cap. 13. num. 21. & resulit Authores n. 18. 11. sunt Glossa in Clement. unica, de sententia excommunicat. verbo approbamus, Panormit. Card. Imol. Felin. Antoz. Gabr. Selva beneficis. Menoch. Sayrus, quos trāstulit ex Sanch. d. disputat. 4. numer. 25. Licet contrarium sequatur ipse Sanch. numer. 26. cum Authoribus, quos pro sequenti conclusione referam. Probat Suarius, quia indicium taciturnitatis, non consensum, sed tantum permissionem inducit, quæ permissione potest esse sēpissime sine peccato, nam Episcopus causas occultas habere poterit ob quas hic, & nunc melius sit tali nō cōtradicere. Deinde licet cū peccato aliquādo dissimulet, at maius peccatum videbitur sic per ipsam taciturnitatem dispensare. Ultimo quia tacere est potius pati, quā agere, & ad dispensationem actio dispensandi necessaria est, quæ ex passione non bene colligitur.

<sup>aut</sup> Quarta conclusio. Taciturnitas, & patientia Episcopi aliquādo pro foro conscientiæ sufficit ad colligendam Episcopi dispensationem. Hāc ad minimū probant Authores, quos n. 26. refert, & sequitur Sanch. Hi sunt Menoch. Palud. supplement. Gabriel S. Anonin. Vera Cruz. Saa, Azor, qui omnes aiunt, etiā pro foro exteriori valere pro signo ad colligendam dispensationē, taciturnitatem, & patientiā Episcopi, cum facile impediri potest, & nō impedit; ergo à fortiori id iudicabunt in foro interno, ubi nō tāta probatio requiritur. Probat Suar. c. 13. n. 22. cōclusionē, non ex præcisā taciturnitate, & patientiā, sed ex aliquibus circumstantijs, quæ cum ipsis possunt cōcurrere, ut si intercederet aliqua causa, & occasio nō petēdi expressū cōfensum ab episcopo impedimenti sibi noti, qualis esset nimia familiaritas, necessitudo, cōlanguinitas, ex quibus præsumat inhabilis secū Episcopū videntē, & tacēte dispensare, quarū rerū iudicū practicū efformare debet ipse impeditus, ut licetē exerceat eū actum, per quē credit secū dispensare Episcopū videntē, & tacēte. Ad ipsum Suar. d. nu. 22. ubi ait dispensationē hanc tacitam nunquam esse extendendā ultra illud opus, quod fit, corā prælato tacentē, & patiēte, quod etiā advertit Sanch. citat lib. 8. disp. 4. n. 10. cū Oldrad. Rebus. Prebo. Antō. Gabr. Menoc. quos refert.

Quinta conclusio. Quando Episcopus præcipit aliquid ex certa scientia subdito, quod sine dispensatione valere non potest, censetur tacitē dispensare cū subdito inhabili, ut si det beneficiū simplex illegitimo ex certa scientia, &c. Probat ex l. quidam, ff. de reiudicata ibi, Princeps enim, qui illi dignitatē dedit, omnia gerere decernit, &c. & vero, si non censetur Episcopum dispensare, censabitur illum imperare repugnātia, & præcipere iniquitatē, quod tamē nūquā exultimandū est. Pro hac allegat Suar. de legibus lib. 6. c. 13. n. 23. Rebus. Anton. Gabr. & alios quos sequitur; plures Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 4. n. 1. & sequētibus. Ceterū ut bene notat Suar. citatus, & Sanch. nu. 7. Vnde cūq; cōstet ex hac Episcopi scientia illi constasse de impedimento, & in eo voluisse dispensare, satis erit, ut in bona conscientia sit promotus.

Pro foro vero exteriori, incūbet promoto hanc tacitā dispensationē probare, ut optimē deducunt Suar. n. 24. Sanch. n. 5. nec ad eā probādam opus erit addi in literis promotionis clausulam ex certa sciētia, neq; ut ex scripti tenore, & facti narratione constet id esse factum ex certa Episcopi sciētia, neq; ut virtū, & inhabitātis promoti in litteris promotionis exprimantur, sed satis erit quecūq; probatio, ex qua cōstet episcopū fuisse consciū inhabilitatis, ut optimē probat Sanch. n. 5. ad quē Suar. n. 25. in fine lectōrem remittit; addens hanc quæstionē esse ab eo accuratē disputatam.

Non prætermittendum quod notat Suarius T. t. num. 24.

n.24 ad medium bene ex facto alieno, quod quis  
indagare tenetur præsumi scientiam illius, ubi  
allegat pro se Abbat. in cap. Innotuit, de elect. n.9.  
& cap. penult. extra de regul. iuris, adi illum.

### C A P. Si servus sciente. XX.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Servus iniens matrimonium cum libera  
ignara servitutis, domino tacen-  
te, servitute fit liber.
- 2 Annus repetitionis servi ordinati, sine  
voluntate domini quando incipiat?
- 3 Servus debet probari per triennium ad  
religionem.
- 4 Servus factus monachus sine voluntate  
domini, potest repeti per triennium  
& quando illud incipiat?
- 5 Servus factus professus intra triennium pro  
fessionis, quibus casibus repeti possit?
- 6 Quando valeat professio servi?
- 7 Servus invalide professionem emittet  
ex defectu libertatis, quando tenea-  
tur ad vota simplicia?
- 8 Episcopalis ordo liberat à forma servili,  
& à patria potestate, n.9. & sequent.
- 14 Servos adscriptitios lex lusitana able-  
gavit.

**I**N textu, ibi, Sciente. Simile quid dicitur de servo cuius dominus cum sciat eum in matrimonium velle ducere liberam, ignara servitutis, tacet ipsam servitutem, & dissimulat, Authent. ad hoc C. de latina libert. & Authent. de nuptijs, collat. 4. §. Si verò vers. hoc autem de-  
terminimus, & probat Sanch. cum multis lib. 7. disp. 20. numer. 5. de matrimonio. Suar. in defensione fidei lib. 4. cap. 11. §. Ratio autem est, ubi nostrum textū ad-  
ducit, & ex illo deducit, servum ordinatione fieri liberum, quando dominus consensit,

**2** In tex. ibi, Intra spatiū uni⁹ anni.  
Notat Suar. de censur. disp. 51. sect. 3. n. 3. cū Glossa hīc  
verbo vivus Franch. & Panormit. cap. 2. de servis nō  
ordinand. n. 6. hunc annum computari à scien-  
tia domini non ab ordinatione servi, sequitur  
præterea Host. in sum. lib. 1. tit. de servis non ordinād.  
Campavil. in divers. iuris rubr. 11. cap. 8. n. 12. Ludovi-  
cus Miranda in manuali Präl. tom. 1. quest. 17. art.  
2. concl. 4. in fine. Astens. in summa 2. part. lib. 6. tit. 20.  
quest. 1. Richard. in 4. dist. 25. artie. 5. q. 5. S. Antonin.  
3. part. tit. 20. cap. 6. sum. Pizanella verbo servus 2.  
& alijs cum quibus Sagras de censur. lib. 6. cap. 54.  
numer. 5. Reginald. in praxi lib. 30. tract. 2. num. 63.  
Vide inferius num. 4.

In textu, ibi, Legitimo proba-  
to experimento. est hoc experimentū  
legitimum triennij  
spatiū, ita deciditur à Bonifac. Pontifice cap.  
Si quis incognitus 17 q. 2. ubi servus ingressus re-  
ligionē absq; domini licētia, potest ab eo intra  
est trienniū repeti, cui, si repetatur, tradendus  
cum omnibus, quæ ad monasterium attulit,  
elapso vero triennio iam repeti non poterit,  
nisi tam longe dominus absit, ut triennium ad  
repetitionem non sufficiat.

Quæres à quo tempore enumerandum sit  
hoc triennium? Responde Hugo relatus à Sylv.  
verbo, Religio. 2. quest. 3. Azor. part. 1. lib. 22. quest.  
3: cum Glossa eodem cap. Si quis incognitus, verbo  
intra triennium, numerandū esse à die pro-  
bationis incepit; verius est numerandū à die  
notitiae domini, ita D. Anton. 3. part. titul. 16. cap.  
3. §. 4. Rosella verbo Religio 2. num. 2. Sylv. verbo  
Religio 2. questione 3. Sanch. 2. tom. Decalog. lib. 5.  
cap. 4. num. 46. & authores relati supra num. 2.

Quid si servus intra triennium emittat pro-  
fessionem, poterit ne adhuc intra illud iam  
professus à domino repeti, & revocari in ser-  
vitutem? Respōdeo cum distinctione, vel enim  
servus fuit in culpa professionis, quia sciens se-  
talem, & cum mala fide professus est. vel pu-  
tans se esse liberum, monasterium fuit in cul-  
pa, quia debitam diligentia omisit, ante quam  
admitteret ad profitendum. Si primo modo  
potest repeti; nefraus sua illi patrocinetur, ita  
Host. in sum. tit. de voto vers. quid si professus. Archi-  
diac. cap. si quis incognitus citat. quest. 2. n. 1. & ibi.  
Bellamer. num. 1. Turrecremat. num. 4. D. Antonin.  
3. part. titul. 16. verbo, Religio 2. n. 2. Sylv. verbo  
Religio 2. questione 3. Sanch. citat. num. 47. Si se-  
cundo modo, reduci non poterit ad servitutē,  
sed manebit professus in monasterio, quod  
quidem monasterium domino tantundē sol-  
vet, vt illum servet indemnem, idque in pœ-  
nam omissæ diligentia. Ita Doctores citati,  
& præter eos Tabien. verbo. Religio questione 10.  
num. 11.

Maior dubitatio est. An talis servi professio  
valeat? Distinguendum puto: nam vel ea fit  
intra triennium notitiae domini, vel post tri-  
ennium. Si hoc secundo modo, certum est pro-  
fessionem valere, quia dominus consentire vi-  
detur, non repetendo intra tēpus sibi permis-  
sum, & servus suam libertatem præscribit,  
monasteriumque in illum iurisdictionem ac-  
quirit, si & in servo, & in monasterio bona  
fides detur, alioquin nunquam valebit præ-  
scriptio ita Angel. verbo, Religio numer. 3. Tabien.  
verbo, Religio quest. 10. num. 11. Azor. part. 1. lib.  
12. cap. 1. questione 3. Sanch. d. cap. 4. numer. 44. Si  
professio fit intra trienniū, & in casibus, in qui-  
bus à domino potest revocari, de quibus n. 5.

Multo verius videtur professionem esse irri-  
cam, quia servus non potest se tradere reli-  
gioni, cū sit alieni dominij: ita tenet Paludan.  
in 4. distinct. 38. questione 4. art. 2. numer. 3. Azor. d.  
l. 12. questione 3. Sanch. citat. num. 49. Contra Ar-  
shidiae. in. c. Si quis incognitus 17. questione 2. num.  
x. & ibi Bellamer numer. 1. & 2. Turrecrem. num.  
3. Angelus, verbo, Religiosus num. 5. Sylv. verbo,  
Religio. 2. questione 3. Tabien. verbo, Religio. quest.  
10. num. 11.

Vtrū verò in casibus invalidę professionis,  
in quibus ad servitutē revocatur; teneatur ad  
secunda tria vota castitatis, paupertatis, &  
obedientiæ extra religionem, non ut solem-  
nia, sed ut simplicia tractat egregie Azor. ci-  
tat. questione 3. & Sanch. num. 104. ubi ambo af-  
firmant; nisi servus professionem emittens in-  
tenderit non obligare se extra religionem,  
ut habetur in c. quidam, & capit. placet, de convers.  
conjugat, & pro hac iuris præsumptione in du-  
bijs illandum esse etiam in foro conscientiæ,  
late disputat Sanch. tomo primo Decalogi lib. 1. cap.  
10. num. 18.

In textu, ibi, Episcopalis enim  
ordo. Liberum esse Episcopum ab omni  
conditione servili, & adscriptitia, at-  
que curiali appellat Azor part. 2. lib. 3. cap. 32. que-  
stione 1. constantem omnium opinionem, &  
bene ibi solvit cum Glossa hic, hanc legem de-  
sumptam ex Authent. de sandissimis Episcopis collat.  
nihil valere in iure Canonico quoad eam  
partem, in qua ait Episcopum teneri servitute  
Curiali.

In textu, ibi, Ius patriæ pote-  
statis. Liberum esse Episcopum à patria po-  
testate, probatur etiam ex cap. per vene-  
tabilem, qui filii sint legitimi, & Glossa l. 1. ad finem ss.  
ad senatus Consult. Macedonian. Bart. in l. Marius  
C. de patria potestate l. 65. titul. 5. part. 1. ubi Mon-  
talvus, & Gregor. Lopez. Molin. tom. 1. de iust. tracta-  
tu 2. disput. 229. vers. sextus, Glossa, verbo, Illico  
Angel. num. 5. Picard. numer. 3. in §. Filius familias.  
Instit. quibus modis ius patriæ potestatis. Ioann. Gra-  
tian. regula 198. in principio, Covar. in c. quia nos, de  
testam. num. 5. Stephan. collect. 446.

Caterum Episcopum exire à patria potes-  
tate, intellige quoad illos iuris effectus, qui  
episcopo sunt nocivi, non verò quoad eos, qui  
sunt utiles, ut patet ex Authent. constit. qua digni-  
tas §. ult. collat. 6. Bart. l. item in potestate ss. qui  
sunt sui, vel alieni iuris. Ias. nu. 49. Orosius column.  
266. in l. patre furioso, eodem titul. Guilhelm. Bene-  
dict. in cap. Raynuntius verbo, si absque liberis. 2 nu-  
mer. 52. de testamentis. Gregor. Lopez in l. 14. titul.  
18. Glossa final. part. 4. Picard. in dicto §. Filius fa-  
milias ubi alios refert. Ioann. Gratian. in regula  
198. num. 6. Ut autem scias qui effectus resul-

tantes ex patria potestate sint filii nocivi, vel  
utiles, leges Glossam 1. & Ioann. Ovin. in §. primo  
numer. 27. Instit. de patria potestate, Pinel. in Rubr. C.  
de bon. maternis 2. part. num. 17.

Hinc deducitur quod filius Episcopus reti-  
net iura suitatis, ut constat ex Authent. constit.  
qua dignitas, §. illud. collat. 6. & ibi notat Angel,  
& appellat communem sententiam, Gomez 1.  
tom. cap. 9. num. 11. Gutierr. §. Sui num. 11. Instit.  
barenum qualitate, & different. quos refert, & se-  
quitur Gratian. regul. 19. num. 6. & 7. Molin. tom. 1.  
tract. 2. disp. 229.

An hæc etiam iura suitatis contineat regu-  
laris post professionem, quæ transmittat ad  
monasterium, sicut transmitteret ad alios  
hæredes? Affirmat Tiraquel. de testac. lignagier,  
§. 1. Glossa 8. num. 19. & in l. Si unquam, verbo,  
suscepit numer. 42. Cod. de revocand. donat. constat  
aperte ex l. fin. C. de Episcop. & clericis. Sanch. tom.  
2. Decalog. lib. 7. cap. 2. num. 5. & præter ibi citatos  
tenet in d. l. final. C. de Episcopis, & clericis Bald. nu.  
4. Paulus nu. 3. Iason in l. patre furioso, ss. qui sunt sui,  
vel alieni iuris num. 41. ubi dicte communē Gom.  
tom. 1. cap. 3. nu. 20. & cap. 9. nu. 10. Guilhelm. Bene-  
dict. cap. Raynuntius, de testamentis, apud quos vi-  
debis alios. Quod intellige 1. de monasterio  
bona in cōmuni habente, Bart. Ambent. ingressi,  
in 2. lectura num. 64. C. de sacrofandis, Aretin. cap. in  
presentia. num. 93. de probat. Parisius in l. Gallus §. &  
quid si tamum nu. 50. ss. de liberis, & testib. & ibi  
Marius Salamonius num. 40. Intellige 2. si mona-  
chus non moriat ante delatam hæreditatem,  
de quo Glossa fin. in cap. unio 17. q. 1. Felic. allegans  
plures in cap. in presentia. num. 5. de probation. probat  
optime Sanch. tom. 2. Decalog. lib. 7. cap. 12. num.  
17. apud quem multa de hoc argumento, &  
egregia.

De alijs dignitatibus, quæ liberant à patria  
potestate videri possunt Platea in l. fin. nu. 1. C. de  
decurionib. lib. 10. Molin. 1. tom. disp. 229. §. Octavus  
de quibus etiā agit Gregor. Tholosanus syntagmat.  
iuris lib. 11. per plura capita. Covar. in cap. quia nos,  
num. 5. de testam. Gregor. Lopez part. 4. tit. 18. l. 15.  
verbo Retinet Thom. Valasc. tom. 2. allegat. 29. à n.  
82. usque ad 96.

In textu, ibi, Adscriptitios verò.  
De hoc servorum genere latè egimus ad c. Si  
quis obligatus num. 1. hac distinct. Lex tamen Lu-  
sitana huiusmodi servitutē ab his Regnis om-  
nino ablegavit, lib. 4. Ordinat. titul. 42. de qua  
latissime Valasc. de iure emphyt. questione 37. nu-  
mer. 1. Caldas Pereira de empt. & vendit. capit. 30.  
numer. 36. videbis etiam l. 7. ubi Glossa 3. titul.  
6. part. 6. lib. 1. & 4. titul. 9. lib. 7. recopilat. Mai-  
lum de irregularit. lib. 1. capit. 35. Suares de censuris  
disp. 51. sectione 3. num. ultim.

## CAP. Admittuntur. XXI.

## SUMMARIUM.

1. *Servus multorum, licet unus prestat libertatem, non potest ordinari.*
2. *Servus, quem dominus presentat ad ordines, est liber.*
3. *Servus cui conceditur libertas, per aliquod tempus, potest ordinari.*
4. *Servus, cui promissa est a domino libertas intra certum tempus, sed non praestata, non potest ordinari.*

**I**N textu, ibi, *A dominis consequi libertatem.* Quid si servus multorum non ab omnibus dominis, sed ab uno, consequatur libertatem? Dico non posse ordinari, quia adhuc est servus *l. i. vers.* itaque *C. de communi servo manumisso, & ibi, Glossa, verbo, necessitatem, Salicet, ibi num. 1. l. 2. eodem tit. & ibi, Glossa, verbo, fiat.* *Gregor. Lopez. l. 2. tit. 22. part. 4. verbo, edende, & ratio est quia, servitus est individua, nec alius quis potest esse pro parte liber, & pro parte servus, ut probat Glossa eadem *l. 2. verbo, ex parte, & l. duobus ff. de liberali causa, & l. cum filius ff. de legat. 2. & l. indicat ff de except. rei indicata, sed non propterea erit unus manumissio frustranea, & nugatoria, sed cogentur alij domini, si servus reliquum pretij offerat, aut aliquis pro eo, ut illum faciat liberum, acceptare, quod sit in favorem libertatis, contra regul. l. nec emeret. C. de iure de liberandi, & l. invitum C. de contrah. empt. sed expresse habetur l. i. in principio vers. Is itaque Cod. de communi servo manumisso, neque in hoc statut iudicio maioris partis, contra l. & servum & l. maiorem, ff de pactis, quod procedit etiam quamvis manumittens habeat minimam portionem in servo, ut docet Bald. ad d. l. l. C. de communi servo manumisso, num. 2. unde colligit casum in quo minimum trahit ad se maximum, vide illud, & Sanch. lib. 7. de maior. disp. 24. n. 17. *Suares de censur. disp. 51. sect. 3. num. ult.***

**2. In textu, ibi, Minime poterūt.** Quid si potuerunt consequi libertatem, sed promissione post annum, qui annus iam elapsus sit, & domini promissis non steterunt? Dicohos non posse ordinari ex defectu libertatis, quia licet haec debeatur servo ex obligatione naturali, ex quodiximus posse dominū servo obligari in cap. ex antiquis num. 2. hac ipsa distinctio tamen quia ea non praestita est, sed promissa, tales manent servi. Vide Sanch. citat. num. 22.

**In textu, ibi, Minime potuerūt,** At ego suppono potuisse servum nancisci libertatem a dominis per annum v.g. quo elapsi reverterentur ad servitutem. Tunc quero, Vtrum in eo casu possint ordinari? Respondeo posse; quia libertas concessa pro certo tempore, v.g. pro biennio, eo ipso est perpetua. *l. libertas, l. ideo, ff. de manumissis testament. & ibi, Glossa l. libertas, verbo non potest. & l. ideo verbo, supervacua est, probat optime Sanch. lib. 7. de matrimonio disp. 19. num. 3. Contra supplementum Gabriel 4. disp. 36. q. 1. art. 3. dub. 2. Sot. in 4. dist. 35. quast. unica art. 2. vol. 4. Ledesm. 2. p. 4. q. 54. art. 1. ad fin. Emman. Rodrig. tom. 1. sum. 2. edit. cap. 203. num. 3. Vega tom. 2. sum. cap. 34. casu. 67. qui ex falsa opinione, nimis servum esse, cui libertas concessa est pro certo tempore, existimarent huc esse irregularē, & matrimonii cum illo contractum, fœmina conditionem servitutis ignorante, esse nullū; cum re vera non sit, quia talis, & verè est liber, & minime irregularis; Adi de materia Connati lib. 2. de iure civili cap. 10. n. 4. qui textus meminit;*

**In textu, ibi, Nisi forte eorum petitio aut voluntas.** Licet hi ordinant nationem servorum possint petere, sine animo concedendi libertatem, tamen eo ipso, quod petunt, vel presentant ad ordines, quidquid sit de voluntate manumittendi, servi manent liberi; quia tunc dominus scit, nec contradicit, quod sufficiebat ad libertatem, cap. Si servus sciente supra, immo tantum abest ut contradicat, ut potius petat.

## CAP. Abbat. XXII.

## SUMMARIUM.

1. *Abbas non potest facere liberum servum monasterij.*
2. *Nemo plus iuris potest in alium transferre, quam ipse habet.*

**I**N textu. Collige ex illo non licere abbati, vel monacho liberū facere servum monasterij. Ratio est quā tradit. *Glossa 1. Quia Abbas nihil habet proprij, cap. nullo, cap. non dicatis 12. q. 1. unde non potest facere recompensationem servi. Vide Navarr. commentar. 2. de regularibus numer. 1. & 8. & posita ad cap. sequens, num. 2. Potest tamen Abbas cum consensu conventus manumittere servum, retento tamen ecclesiæ servitio argumento, textus in capit. patet. 12. questione 2. observat Propositus in praesenti, num. 5.*

In Glossa

**3 In Glossa verbo, Proprium.**

Docet *Glossa*, quod nemo potest plus iuris in alium transferre, quam ipse habet, *Glossa* similis verbo, pro non dato in cap. quod autem, & verbo, nisi ius in cap. cura, de iure patronat. *Glossa*, verbo, nullus in cap. nuper, de donationibus inter virginem. Reg. nemo plus 55. ff. de regul. iuris l traditio, 20. ff. de acq. rerum dominio cap. Daibertum I. quastione 7. fallit tamen in aliquibus casibus, de quibus agit *Glossa prima* in dicta leg. traditio.

**C A P. Multos. XXIII.****S V M M A R I V M.**

- 1 Monachus fugitivus an acquirat monasterio?
- 2 Monachus nil habet proprium, & servo comparatur?

**P Ost principium textus, ibi, Dei servitium.**

Notat Gregor. Lopez  
l.3. tit. 18. p.3. *Glossa*

1. ad finem. ad hoc, quod religio servitus est; *Glossa* Institut. de iure person. in principio, neque per hoc dicitur minui hominis libertas, ut post *Speculat.* tradit idem Gregor. Vtrum autem per monachum fugitivum acquiratur monasterio possessio, sicut per servum, qui est in fuga? Vide Bart. in l. 1. §. Per servum, n. 2. ff. de acq. possessione, Ripa in l. 1. nu. 151. ff. de vulgar. & pupillar. latissime Cevall. communis contra communem, quastione 446. ubi numer. 4. nostri textus meminit.

**In textu ante medium, ibi, Servitute.**

Igitur monachus proprium nihil habet, & quasi mortuus saeculo reputatur. *Auilent. ingressi C. de Sacrosan. ecclesijs*, faciunt quæ tradit Petrus Vbaldes in tract. de canonica Episcopalis quastione 14. num. 9. Hyppol. in principio, numer. 38. Institut. per quas personas. Covar. in capit. 1. num. 21. de testam. Menchac. de successionum creatione §. 21. num. 150. Jacobus Sbrozzius de officio Vicarij lib. 1. quæst. 38. num. 1. & sequentibus. Navarr. coment. 2. de regular. num. 18. Azot. inst. mor. p. 1. lib. 12. cap. 9. Franciscus Leo in thesau- re fori ecclesiastici part. 2. cap. 1. num. 41. Franciscus à Coriolano in tract. de casibus reservatis part. 2. casu 2. de apostasia num. 30. Aloysius Ricc. in collect. decis. part. 3. collect. 519. Fr. Joannes de la cruz, de statu relig. lib. 1. c. 3. Campan. in divers. iuris rubr. 12. c. 7. & cap. 16. à nu. 71. Reginald. in praxi lib. 18. num. 397.

Ludovicus Miranda in tract. de Sacris Monialibus quæstione 9. Armendar. in addit. ad recopilat. legum Navarre fol. 85. & sequent. n. 58. & 63. Ex quo collige monachos, & moniales non posse tenere propria, sed omnia dare debere suis superioribus, a quibus illorum necessitatibus subveniendum est, reliquum vero in usus monasterij est conferendum. Imo Navarr. consil. 47. numer. 2. de regular. & consil. 15. num. 2. de statu monach. Sanch. in decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 17. num. 28. Aloys. Ricc. in praxi aurea resol. 194. affimant, nullum superiorem posse concedere monacho facultatem, ut aliquid retineat ad usum irrevocabilem, & ita monachos nec civiliter agere, nec conveniri posse resolvit *Glossa*, verbo, aut monachum in cap. de persona II. q. 1. *Glossa* in l. 2. verbo non possunt ff. de in ius vocando Specul. in titul. de statu monachor. in principio Capella Tolosan. quastione 20. Adde posita ad cap. supra proximum, num. 1. Cum Epijkia ad cap. sententiam infra dist. 81.

**C A P. Prohibendum. XXIV.****S V M M A R I V M.**

- 1 Liberti saecularia sine consensu patroni non possunt ordinari.
- 2 Libertus quis dicatur.

**I N textu. Collige ex textu libertos**  
**sæculium sine patroñi cō-**  
sensu ordinari non posse; nec obest quod *Glossa* recitat per contrarium dicens, etiā dato, quod patroni non fuerunt in sæculo, & sic erant mortui, non tamen possunt ordinari liberti, quia requiritur consensus hæredis, us *Glossa* fatetur, secus est in ecclesia, quæ nunquam moritur, quam *Glossam* sequuntur post Ioann. de Deo Archidiac. & Prapos. in præsenzi.

**In textu, ibi, Liberti. Libertus pa-**  
nitur, & respectu significat eius à quo libertus est: itaq; eundem hominem dicimus libertum, & libertinum; sed libertum quidē eius, à quo est liberatus, genere verò, & conditione libertinum, idest ex ijs unum qui servitute (quam aliquando servierunt) liberati sunt. Vnde Cicero in Verrem. P. Trebonus fecit hæredem libertū suū, & post de eodem. Equiti Romano libertinus homo sit hæres; cum enim dixit libertum, eū patrum habere, cum libertinum, qua generis conditione esset, notavit; vide late Sigonium de antiquo iure Romanorum lib. 1. cap. 6. fol. 26. Adde posita ad cap. Si quis obligatus 7. num. 3. supra hac distinctione,

**DISTINCTIO. LV.**  
**Ad principium dist. de corpore vitiatis.**

**T**otam hanc de corpore vitiatis com-  
 mentationem ad tria capita reducere  
 soleo. Primo vitiantur corpora propter  
 mutilationem violentam, & pec-  
 caminosam mortaliter, quam quisque vel ali-  
 quis de suo iussu, vel consensu, in se ipsum  
 exercet. Secundo vitiantur propter excessum  
 contingentem, vel ex ipso sexu corporis, si sic  
 duplex, ut in hermaphroditis, vel in ipsa mag-  
 nitudine staturæ, si sit Gygas, vel in multitu-  
 dine membrorum, si sit monstrum. Tertio per  
 defectum, vel circa proportionatam staturam,  
 ut in Pygmæis; vel circa eiusdem staturæ rec-  
 titudinem, ut in gibolis, vel circa integrati-  
 tem, & rectam dispositionem membrorum,  
 ut in cæcis, mancis, claudis, distortis, strabo-  
 nibus, &c. Vel circa vires, ut in ægrotis, ma-  
 xime paralyticis, leprosis, epilepticis, comi-  
 gali, vel morbo gallico laborantibus. Cate-  
 rum hi excessus defectus, tribus præsertim lo-  
 cis contingere possunt, capite, manibus, pedi-  
 bus, quia cum hæc tantum in humano cor-  
 pore oculis sint exposita, horrorem, de formi-  
 tatem, & scandalum, gignere apta sunt, unde  
 irregularitas descendat. Nunc dicam de  
 irregularibus per excessum, sive sexus, sive  
 staturæ, item de irregularibus per defectum sta-  
 turæ, & viriū propter agritudinem. De muti-  
 latione sui ipsius dicam in cap. 1. 2. & 3. De  
 defectibus, qui solent contingere, dicam in ca-  
 pite. Si evanglica. De ijs, qui manibus in cap.  
 Qui partem. De his qui pedibus in cap. Si quis in  
 infirmitate; sed præmittendi prius sunt Au-  
 thores de hac irregularitate agentes; Item  
 per respectum ad quem ex sacris ordinibus  
 desumenda est irregularitas ex corpore vi-  
 tiato. **S V M M A R I V M.**  
**Authores de hac irregularitate agen-**  
**tes.** **Irregularitas ex corpore vitiato num**  
**semper è sacerdotio sit desumenda?**  
**3. Hermaphrodi sunt irregulares.**  
**4. Viri, qui aliquando habuerunt sexum**  
**fæmininum non sunt irregulares.**

**5. Gygantes, & Pigmei sunt irregulares.**  
**6. Qui morbi faciant irregularem?**  
**A** Gunt de irregularitate ex corpore  
 vitiato proveniente, Canonista ac litu-  
 lum de corpore vitiato, & titulo de clero regis-  
 tante. Hostiens. in Jum. tit. de corpore vitiato.  
 Albert. Trocias de vero, & perfecto clerico lib. 2. cap. 16.  
 Bertachin. de Episcop. lib. 2. q. 24. & 1. p. eiusdem q. 56.  
 & 57. Corrasius de benefic. 3. p. cap. 6. Duaren lib. 4.  
 cap. 3. & 4. Plaça de delictis cap. 24. & 25. Rebussi. in  
 dispensatione cum corpore vitiatis, Mandosius de  
 signatura gratia eodem titulo. Villa Diego de irregulari-  
 tate cap. 11. de corpore vitiato. Quinta duetas Ecclesiasti-  
 corum lib. 1. cap. 6. Salzedo in practie. Bernard. Diaz  
 cap. 17. Mayol. de irregularitat. lib. 1. à cap. 14. usque  
 ad 26. & lib. 2. cap. 16 & 18. Vgolinius de irregularit.  
 à cap. 46. usque ad 55. Cechas. de casibus reservari,  
 & cons. casu. 1. de irregularit. à num. 125. Felicianus  
 de censu. titul. de irregularit. cap. 16. Navarr. in Ma-  
 nual. cap. 27. num. 198. Graff. tom. 1. decision. lib. 4.  
 cap. 27. num. 39. Sotus de iust. lib. 5. questione 2. art. 2.  
 & in 4. distinctione 25. questione 1. art. 3. Aragon. 2. 2.  
 questione 65 art. 1. ibi. Salon. controvers. 4. Sayas  
 in Thesaur. lib. 6. cap. 7. 8. & 9. Garcia de benef. p.  
 7. cap. 12. per tonum. Summissæ, verbo, corpore  
 vitiatis, ubi Angel. Sylv. Tabien. Amil. Rosel. Janua  
 Corona 2. part. cap. de irregularit. numer. 4. Em-  
 manuel Rodriges in summa tomo primo cap. 158. &  
 questionum regular. tomo primo questione 24. art. 1.  
 Llamas 1. part. methodi cap. 12. à 9. 4. Theologi  
 Societatis Iesu. Molin. tomo 1. de iust. tract. 3. dis-  
 70. Henriq. lib. 14. cap. 8. anum. 1. Valent. tomo 4.  
 disp. 7. questione 19 punto 3. Toletan. in summa lib. 1.  
 cap. 63. numer. 7. Avil. de censur. part. 7. dis. ut 3. 2  
 dubio 1. usque ad 4. Suar. de censur. disput. 51. section.  
 2. & alij quos supra citati referunt, apud quos  
 videri possunt. Quibus adde Egidium tom. 2.  
 disput. 18 dubio 13. & Villalobos 1. part. summa trac.  
 21. difficult. 35.  
 Ventilari merito solet: Vtrum irregularitas  
 ex corpore vitiato proveniens, desumitur semi-  
 per beatum per respectum ad sacerdotium, ita  
 vt, quicumque non potuerit celebrare ex ali-  
 defectu corporis, eo ipso ab statu sæculari af-  
 cendere non possit, nec ad primā tonsurā, ex  
 pli gratia, qui caret utroq; pollice dextræ, & si-  
 nistræ, quia non potest celebrare, non possit etiā  
 assumere primā tonsurā? Dico mihi videri val-  
 de probabile irregularē ex defectu corporis ad  
 celebrandum, esse irregularē ad omnes alios  
 ordines, & ex statu sæculari ad nullum posse  
 assumi, quamvis ad omnes alios, præter sa-  
 cerdotium, sit habilis, ita exprestè tenet Vgoli-  
 nus de irregularitat. cap. 52. §. 1. numer. 4. & cap. 54.  
 num. 4. Toletan. lib. 1. cap. 57. num. 2. ad medium.  
 Garcia de benefic. part. 7. cap. 12. à num. 28. Sher. de  
 censur. disput. 40. sectione 3. num. 25. ad medium  
 & disp.

& disp. 51. sect. 2. nū. 11. & 15. Sayrus, non satis  
se explicat in hac quæstione, primo enim no-  
biscum sentit in Thesauro, lib. 6. cap. 7. nū. 8.  
ubi dicit irregularē ad sacerdotium propter  
defectum alicuius partis ad celebrandum, sim-  
pliciter esse irregularē ad quemcunq; ordi-  
nem assumendum; non verò cum, qui tantum  
celebrare non potest ex aliqua deformitate;  
puta quia manus habet deformes, hunc enim  
existimat posse inferiores ordines à sacerdo-  
tio, suscipere; sed fallitur, quia qui habet de-  
formitatem etiam corpore vitiatus est, ac pro-  
inde simpliciter irregularis. Cōcta nos sentire  
videtur Valent. superiori numero allegatus,  
item Navar. in Manual. cap. 27. nū. 204. de eo, qui  
vinum non potest bibere, quem dicit posse sus-  
cipere ordines minores; cum quo sentit Emmanuel  
Rodrig. tom. 1. summ. cap. 158. num. 11. & 12.  
Felician. de censur. ut. de irregularit. cap. 16. Valent.  
cit. punct. 3. Endovic. Lopez in instruct. tom. 2. p. 2.  
cap. 23. immo Henrīq. citat lib. 14. cap. 8. num. 7.  
addit hunc qui vinum nequit bibere, bene pos-  
se fieri subdiaconum, & diaconum, ubi in Cō-  
ment. littera N. citat etiam Mayol. Alberic. & An-  
ton. Verum hæc nihil ad nos, quia qui vinum  
non potest bibere, non est corpore vitiatus, de-  
inde addo, hunc non posse ordinari, nec ad  
primam tonsuram, ex inhabilitate ad sacerdo-  
tium. Advertes tamen, has inhabilitates ex  
corpore vitiato, licet reddant inhabilem ad or-  
dinatioñ, non semper reddere ad administra-  
tionē in suscepis; ut qui manum amisit in dia-  
conatu, bene poterit cantare evangelium; item  
qui cæcus factus est sacerdos, bene poterit au-  
dire confessiones, &c. Solum ergo ad illos or-  
dines, & actus erit irregularitas, qui post eorū  
susceptionem ministrari non poterunt; quādo  
vitium corporis, non evenit ex propria culpa.

Hermaphroditi, sive Androgini, illi dicun-  
tur, qui in eodem corpore continent discriminē  
utriusque sexus. Si vero ab humaniorum litte-  
rarum professoribus inquiras, unde hanc so-  
lent nominclaturam? Respondet Caius  
Iota. antiq. lib. 18. cap. 6. & lib. 19. cap. 12. Ambro-  
sius Calepinus sub illo verbo. Hermaphroditū fuisse  
Mercurij, & Veneris filium, eximiae pulchri-  
tudinis adolescentem, qui cum semel ad pel-  
lucidum, & limpidissimum fontem accederet, il-  
neque illis, vel precib; vel banditijs à Nym-  
pha illius fontis præside ad concubitum infle-  
xeretur, tandem nudus fontem ingreditur, il-  
lumq; arctissimè amplexata Nympha, à Dijs  
petit, ut utriusque amantis corpus in unum  
coalesceret, in quo masculus, & fœminus se-  
xus integer remaneret. Ex quo figmento or-  
tum duxit, ut homines utriusque sexum am-  
plexentes, Hermaphroditi dicentur. De quo  
extat venustissimum epigramma, apud Pulicem  
poetam, ut habetur in thesauro lingua latina.

Cum mea me genitrix gravida gestaret in alvo  
Quid pareret feriri consuluisse Deos.  
Mars est, Phabas aut; Mars fœmina; Iunoq; neutrū;  
Cumq; foem natus, Hermaphroditus eram.  
Quatenus lethum sic Iuno ait: occider armis.  
Mars, cruce; Phabas, aquis; fors rata quaquæ fuit.  
Arbor obnubilat aquas, ascendo, decidit enīs;  
Quem tuleram casu, labor, & ipse super.  
Pes habet 1. amnis: caput incidunt amne: i. t. l. i. g.  
Fœmina, vir, neutrū flumina, tela crucem.

Cæterum de hisce fabellis licet alij fabu-  
lantibus amplius fabulari, at nobis. Si igitur  
Hermaphroditū magis, aut à qualitatē incli-  
nant in fœminam, sunt incapaces characte-  
ris, aut qui magis fœminæ sunt, aut quia per-  
fecti viri non sunt. Ita Suar. de censur. disp. 51.  
sect. 2. cum multis. Henrīq. d. lib. 14. cap. 8. nū. 6.  
& in Commen. littera X. Sayr. in thesaur. lib 6. cap.  
8. nū. 24. Si magis propendant in viros, capa-  
ces quidem sunt characteris, sed maxime irre-  
gulares propter infamiam monstrofatis, &  
ubi ordinati reperiuntur, deponi possunt; na-  
citati Doctores. De hermaphroditis plura San-  
ches lib. 9. matrimonij, disp. 106. Franciscus Molinus  
de istu nuptiarum, lib. 1. compar. 1. nū. 25. & scqq.  
Vgolin. de irregul. cap. 48. §. 1. nū. 3. Egred. disp. 31.  
dub. 7. nū. 89. Gulierr. de matrimon. cap. 119. Bonac-  
cina de matrimon. q. 3. par. 13. nū. 26. & 27. De  
fœminis dixi ad cap. Psalmista, 20 nū 7 dist. 23.

Non dubium quin aliquādo ex fœminis fa-  
cti sint viri, ope tantū naturæ ex sententia pe-  
ritissimorum medicorum. De Phæusa Pithei  
uxore partui vicina id refert Hippocrates lib. 6.  
de morib; popularibus, sect. 8. ad finem. De Ana-  
misi uxore Gorgippi, Livius lib. 42. & de mu-  
liere Spoletana 2. belli paniū tempore; plures Plini-  
nius lib. 7. cap. 4. & Agellius lib. 9 cap. 4. nolt. at-  
ticear. ita factos memorant. Vide apud Phlego-  
tontem lib. 1. de mirabilibus, ubi de Philete Smir-  
na, & de Eteta primum, postea Eteto Lao-  
diceno. Habes exempla duo certe miranda in  
Ioviniano Pontano, in hist. Neapolitana, de uxore  
piscatoris cuiusdam Caetani, quæ post qua-  
tuordecim matrimonij annos, quibus duravit  
cum marito, in virum abiit. Item de Æmilie  
Antonio sponsa civi Ebulano nupta, à quo  
post 12. matrimonij annum, facta vir decivit,  
& uxore ducta liberos procreavit. Item alia,  
quæ facta iam mater unius filij, post patet ef-  
fectus, nonnullos genuit. Mitto quæ Corcineus  
Sabellius lib. 9. exemplorum. item quæ Tiquemana-  
da Dial. 10. & Michael Montano lib. 1. experiment.  
cap. 21. & Amatus Lusitanus, cent. 2. curat. 39. ubi  
de Maria Pacheco, postea Emmanuile Pache-  
co, qui in Indiam profectus feliciter pro rege  
suo militavit, ac in patriam Esgueiram (oppidum  
est prope Averium distans à Coimbræ  
novem leucis) reversus, ibi uxore ducta, civi-  
tij,

tis, quis militando comparaverat, per otium potitus est. Videbis etiam D. August. lib. 3, cap. ult. de cives Dei. Ovidium, & Virgilium de Caneo, & Tyresia. Antonium Liberal lib. 2. alteriorum Nicrandi. Viros etiam foeminas fieri refert idem Anton. Liberal. de Siprocta, & Hypermenes. Phlegon de mirabilibus, lib. 2. de Tyresia Ausonius lib. 1. epigrammat. 69. sic de pavo pava facta, & de pueri Beneventi puella reddito.

Famineam in speciem convertit masculus alces

Papaq. de pavo constat ante oculos.  
Nec satis antiquum, quod Campano in Beneventi  
Papus ephaborum virgo repente fuit.

De lepore etiam, & hyena. Ovidius Metamorphoses decimo quinto.

Alienate rices, & qua modo foemina tergo  
Passa matrem, nunc esse matrem miretur bianam.

Sed de his satis, qui plura cupiat adeat Delrium lib. 2. disquisitionum magicarum. q. 22. Nunc dico foeminas viros factas ex intentia Andrea Lanzenij in histor. Anatomica, nunquam perfecte esse viros, sed habere aliquantulum ex priori sexu, ac mecum sentit citatus Delrius; ac proinde existimno hos semper esse irregulares; maximè si de tali metamorphosi constet propter horrorem, quem tales aspectu ingerunt, ita Henr. d. lib. 14. cap. 8. nu. 6. Quanvis dissentiat Suar. d. disp. 51. sect. 2. nu. 2. ubi in hunc sensum explicat Burgasium, & Socinum, vide illum.

5 De Gygantibus, & Pigmatis; dicendum est eos fore irregulares, si giganthes proceri ita sint, & pigmæi, breves, ac contracti, ut videtibus risum moveant, alias ordinari poterunt; sic Mayol. lib. 1. de irregularit. cap. 13. nu. 9. Vivald. tract. de irregularit. nu. 133. Sayr. in Thesaur. lib. 6. cap. 8. num. 3. Henr. lib. 14. de irregularit. cap. 8. nu. 3. & in Comment. littera N. & littera L. ubi bene adverxit, in urbibus pumilorum, & Gygantum, ubi omnes pumili, & giganthes essent, nullum fore irregularem, quia ibi cessat deformitas, quam insolentia, & raritas eorum hominum afferre consuevit. De gibosis videbis Sayrum, cum multis, in Thesaur. lib. 6. cap. 8. nu. 4.

6 Defectus virium ex morbo diurno, non tam facit irregularem, quam ineptum ad ordines, dum huiusmodi durat debilitas. Ceterum morbi contagiosi, ita vehementes, ut ulcerosum reddit deformem, & nauseam videntibus procreent, faciunt irregularem, sic aliquando est morbus gallicus; sic passim lepra, scabies multa, & iugis, & in pustulas protuberans sic appoplexia, paralysis, sic morbus comitialis, sive caducus, aut herculeus, nostris gotta coatal, phthisis, pestis, deniq. omnes incurabiles, & apparentes, de quibus satis dilucide, & crudite Henr. d. lib. 14. cap. 8. nu. 8. Sayr. citatus, cap. 9. per totum, Suar. disp. 51. sect. 2. num. 17.

apud quos Authores videri possunt; & ibi, qui morbi susceptionem ordinum impedit, qui ministracionem in susceptis, diximus aliquajn cap. V. § 3 adeo, 5. 93. I. 2. & 3. dist. 33. non idem, nihil ne 1000 de aliis q. annua in monachis ibi.

### C A P . Priscis. I.

Religiosi assumi possunt ad beneficia parochialia secularia.

Non est opus, ut causa assumendi, sit necessitas, & defectus idonei ministri secularis.

Non possunt habere beneficium simplex.

Non pensionem.

Episcopus debet inquirere de moribns, & vita ordinandi.

Illiteratus non debet ordinari.

Non bigamus.

Non corpore vitiatus.

Non servus.

Non curiae addictus.

Non obligatus ad ratiocinia.

Non publicè pœnitens.

Expectanda sunt interstitia ad ordinationem.

Religiosus assumptus ad beneficium parochiale; tenetur habere socium sui ordinis.

Religiosus episcopus non tenetur ad solum suum ordinis habendum.

### I N textu, ibi, Monasterialibus.

Colligunt Doctores ex hoc textu, posse religiosos assumi ad beneficia parochialia secularia, quæ habeant curam animatum; sequuntur in primis Glossa hic, & in cap. In parochia, verbo, cum, 16. q. 1. & in cap. 2. verbo, maiorem, dist. 58. & in cap. Quod Dei timorem, verbo, regimen, de stat. monach. ubi Host. nu. 8. Ioann. Andr. nu. 14. Anton. num. 11. Anch. num. 6. & 11. Abb. nu. 3. idem Abb. in cap. fin. nu. 4. de clericis agrotate, ubi Cardinal. nu. 9. q. 10. idem Abb. in cap. Dei, in fine, de vita, & honestat. clericorum. ubi Ioann. Andr. Anton. Anch. Imol. Henr. Federicus cons. 129. nu. 13. & cons. 136. per totum. Archid. 16. quest. 1. in summa. ad fin. & in cap. fin. num. 2. dist. 58. ubi Dominicus nu. 2. idem Dominic. in cap. Cum, de benefic. num. 9. de præbend. in 6. ubi Anch. in fine. Franc. num. 9. idem Franc. in cap. Beneficium, num. 1. de regul. iuris, in 6. Eclim. in cap. In novissima.

corollat. 40. nu. ult. notabil. 10. de rescriptis. Rochus de iure patronat. verbo, honorificum, q. 4. num. 13. Lambertin. de iure patronat. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 19. & nu. 13. Bertachin. tract. de episcop. lib. 2. quæst. 39. nu. 72. Selva de benefic. 3. p. q. 11. nu. 13. & q. 70. nu. 6. & 7. Corras. de benefic. p. 3. cap. 5. num. 13. tom. 15. tract. p. 2. Gregor. Lopez l. 25. tit. 7. p. 1. verbo, Eglesiæ, Rosella summa, verbo, Monachus, nu. 4. Angelus eodem nu. 3. Tabiena nu. 4. q. 3. Armilla nu. 5. Sylvest. verbo, Religio, 7. quæst. 4. & 6. Covar. in cap. 2. de testament. nu. 3. Navarr. lib. 3. consil. tit. de statu monach. cons. 12. num. 5. Gambata de autoritate Legati à latere, lib. 8. & ult. num. 21. Cuius lib. 3. insti. moral. tit. 1. nu. 154. Villalobos in suis communibus opinionibus, littera M, verbo, Monachus, nu. 165. Monald. cons. 69. nu. 4. vol. 2. verbo, Regularis. Saa, verbo, Religio, nu. 32. Graff. decisio- nibus aureis, p. 2. lib. 3. cap. 20. nu. 6. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 19. q. 13. & tom. 2. lib. 13. cap. 2. q. 8. Leßius lib. 2. cap. 34. dub. 2. nu. 6. ubi adducit verba cap. Quod Dei timorem, 5. de statu monach. quæ sunt huius sententiae præcipuum fundamentū. Sanch. tom. 2. in Decalog. lib. 7. cap. 29. num. 35. Quod intellige de iure communi, seclusa omni Papæ dispensatione; vide limitationes, quas apponit, & probat Sanch. à nu. 36. usq; ad nu. 70. Hæc omnia intellige de iure antiquo; de novo videbis Sanch. nu. 71. ubi negat regularem capacem alicuius beneficij curati, ab ipso Pontificia dispensatione. Authoræ contra sentientes leges partim, apud Garciam de benefic. p. 7.. cap. 10. nu. 20. quos ipse ibi videtur sequi, partim apud Sanch. citat num. 34. quos rejecit. Quando vero sit beneficium sacerdotale, quando regulare, videbis per eundem Sanch. eodem tom. lib. & cap. à nu. 11. ubi latissime, & disertissime Garciam de benefic. part. 1. cap. 6. nu. 11. & part. 7. cap. 10. num. 1.

**In textu, ibi, Vel cunctis, vel sufficientibus.** Licet hic textus videatur inquirere necessitatem Ecclesiæ curatæ sacerdotiale, cui idoneus sacerdotialis minister non inveniatur, ut in ea perfici possit regularis: tamen hodie satis est utilitas ipsius Ecclesiæ; licet sint ministri alii sacerdotales; ita habetur in cap. Pro utilitate, 16. q. 1. sequitur Glossa in cap. Quod Dei timorem, verbo, regimen, de statu monach. Roch. de iure patronat. verbo, honorificum, q. 4. nu. 13. Rosella in summa, verbo, Monachus, nu. 4. Sylvest. verbo, religio, 7. q. 3. Bonifac. in Clement. I. de elect. nu. 45. & 65. Gregor. Lopez ubi supra. Emmam. Rodrig. question. regular. tom. I. q. 34. art. 5. Covar. in cap. 2. nu. 3. de testam. Leßius citat. nu. superiori. Sanch. num. 39. ubi hanc sententiam limitat Host. Abb. Lambert. quos ibi citat. Adde non oportere hanc Ecclesiæ utilitatem oriri ex officio prædicationis, quam ipse regularis assumptus debeat exercere, ut

videtur significare cap. Quod Dei timorem, de statu monach. quia ut bene explicat Roch. de iure pa- tronat. verbo, honorificum, q. 4. nu. 13. Sanch. ci- tatus, nu. 40. ubi Prædicatio summitur latè pro officio instituendi parochianos, & docendi eos, quæ ad salutem sunt necessaria.

Non tamen existimes ita posse religiosum assumi ad beneficium simplex, ut potest ad cu- ratum; quia nullius beneficij simplicis sacer- dotialis religiosus capax est; probatur in cap. In no- va actione, 16. q. 7. & in cap. Cum, de beneficio de præbend. in 6. ita Glossa in cap. Quorundam. vers. Sj- racusana, dist. 74. ita ex Cardinal. Archid. Federico. Dominico, Host. Abbat. Anchæ. Bald. Ioann. Andr. Henriq. Franco, Präposit. Felin, Selva, Imol. Gambata Corrasio, Roch. Angel. Sylv. Rosella, Tabiena. Rebuf. Navarr. Gregor. Lopez, Covarr. Villalobos, Flaminitio, Cuco, Sà, Azorio, Emmam. Rodrig. Monald. probat optimè Sanch. d. lib. 7. cap. 29. nu. 75. ibi. Vide, & num. seq. ubi negat posse in hoc episcopum dispensare.

Vt beneficij simplicis incapax est regularis, ita etiam pensionis, quæ soli debeat ex fru- ctibus beneficij, vel simplicis, vel curati; tūm quia hæ pensiones, quibus beneficia oneratur, solum concedi possunt à Summo Pontifice; ut testantur Sotus lib. 9. de iustitia, q. 7. art. 2. con- clus. 2. Tolet. lib. 5. summa, cap. 83. nu. 12. Aragon. 2. 2. q. 10. art. 4. col. 2. conclus. 3. Ludovic. Lopez I. p. insti. cap. 303. col. 3. Emmam. Rodrig. tom. 2. summa, cap. 65. num. 6. Azor. tom. 2. lib. 8. cap. 6. q. 1. Sanch. d. cap. 29. nu. 94. tūm quia incapax beneficij simplicis, est etiam incapax pen- sionis, ut optimè probat Sanch. tom. I. Decalog. lib. 2. cap. 28. num. 38. cum multis, quibus adde Zer- lam in praxi episcopali, p. 1. verbo, beneficium, vide eundem Sanch. tom. 2. Decalog. lib. 7. cap. 29. nu. 94. cum quo hanc doctrinam, etiam extende ad pensionem super beneficium regulare.

**In textu, ibi, Eius vita requi- ratur.** De quærendis ordinandorum mori- bus, & vita ante acta, adi Henriq. lib. 10. de Sacrament. ordin. cap. 17. nu. 2. ubi de scruti- nio faciendo ab episcopo, de quo etiam latè Graffijs 2. p. decision. auri. lib. 2. cap. 11. Vivald. in Candelabro de Sacrament. ordin. tit. de etate, nu. 39. vide Trident. sess. 23. cap. 5. de testimonio requi- sito à parocho, & magistro scholæ, in qua edu- catur necessario ordinandus in minoribus.

**Ibi, Illiteratus.** De scientia requisi- ta ad singulos ordi- nes sancitum est à Trident. sess. 23. cap. 11. ibi. Minores ordines his, qui saltē linguam latinam intel- ligant; de subdiaconis, & diaconis cap. 13. ibi. Litteris, & ijs, quæ ad ordinem exercendum, pertinent; de sacerdotibus cap. 14. ibi. Ad docendum ea, quæ sciri omnibus necessarium est ad salutem, ac ministrādi

## Prima pars Decreti.

494

**Sacramenta** (diligentius examine precedente) comprobantur; vide scribentes ad cap. Cum Ecclesia, de electione. Innocent. in cap. Cum in cunctis, eodem tit. Navarr. in cap. Si quando, de rescript. except. II. Vivald. in Candelabro, tit. de irregularitate ex defectu anime, §. 5. nu. 93. Salzed. ad practic. Bernard. Diaz cap. 21. verbo, ordinari. Henrig. de irregularitate. cap. 8. §. alt. Gräff. iel. 2. decision. lib. I. cap. II. num. 25. Emm. Rodriguez. tom. I. summa, cap. 162. nu. 1. Albertum de vero, & perfecto clero, lib. 2. cap. 33. & ieqq. referam plures infra ad cap. Pénitentes, hac dist. dixi ad cap. Illitteratos, dist. 36. vide Garciam de benefic. 7. p. cap. 7. nu. 1. & 2.

**In textu, Non bigamus.** Intellige de bigamia vera, quando quis duas uxores, etiam virgines, successivè duxit, & cum utraq. consummavit matrimonium, de quo Vivald. in Candelabro. tit. de irregularitate, de prima specie bigamia, n. 3. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 195. Flaminius de resignatione benefic. lib. 5. q. 3. nu. 188. Ceyall. commun. q. 558. Aufret. ad Capellam Tholos. q. 64. nu. 2. Suar. de censur. disp. 49. sect. I. Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 83. nu. 2. Item de bigamia interpretativa cum duxit ab alio cognitam, & ipse eam pariter cognovit, sive cognita prius fuerit ab alio, soluta, sive uxorata, de qua Vivald. citat. nu. 4. Ceyall. supra. Suar. sect. 7. Tolet. lib. I. cap. 61. vers. Secunda est. Gräff. tom. I. decis. aur. cap. 27. nu. 38. Armilla, verbo, bigamia, nu. 2. Sanch. supra. disp. 84. Secundo, cum duxit ab alio cognitam, licet ipse ignoraverit eius corruptionem, ita Anch. Ioann. Andr. nu. 3. Dominic. nu. 6. Franch. nu. 6. in cap. Unico, de clericis coniugat. in 6. Guido decis. 138. Aufret ad Capellam Tholosan. q. 256. nu. 2. Purpurat. lib. 2. cons. 408. nu. 2. Navarr. supra. cap. 27. nu. 195. Sylv. verbo, bigamia, num. 4. Armilla nu. 2. Sanch. supra. disp. 84. nu. 3. vide posita ad cap. Si quis, I. nu. 1. dist. 33. Tertio, cum cognovit uxorem suam sibi adulteram, cum scientia ipsius adulterij, ut dixi ad cap. Si cuius. II. nu. 3. dist. 34. Item de bigamia similitudinaria, quam quis contraxit initio matrimonio post ordinem sacram, vel professionem solemnem validam, de qua vide posita ad cap. Quotquot. 27. q. I. interim lege Bart. & Bald. in l. Nemo clericis, C. de sacrosanct. Eccles. Suar. supra, sect. 4. Sanches disp. 85. Dixi de bigamia ad cap. Si quis viduam, & cap. Vidua, dist. 34.

**In textu, ibi, Vel corpore vi- tiatus.** Dicam tota hac distinctione. Dixi iam pauca ad cap. Maritum, 2. distinc- tione 33. num. 6.

**In textu, Vel servilis.** Dixi distin- tione 54. p. per totam.

**In textu, Non Curiæ addictus.** 10  
Dixi tota distinctione 51.

**In textu, ibi, Publicarum re- rum nexibus.** Sunt hi obligati ad publi- ca ratiocinatio, de quibus fatis.

**In textu, ibi, Publice po- nitentes.** Redi ad cap. Maritum, 2. nu. 9. & 10. distinct. 33.

**In textu, ibi, Discussus.** Intellige de ijs, qui interstitia non expectarunt, de quibus Tridem. ses. 23. cap. II. Henrig. lib. 10. de Sacrament. ordin. cap. 12. nu. 3. Quibus modis quis interstitia non servet, videbis per Suar. de censur. disp. 31. sec. I. nu. 40. & tribus sequentibus.

**In Glossa, verbo, Monasteria- libus, ibi, Secum habere socium sui ordinis.** Glossa tenet religiosum as- sumptum ad beneficium pa- rochiale curatum, teneri habere secum socium sui ordinis, quam opinionem sine ulla distin- ctione, sive Ecclesia utrumq. possit alere sive non, sive cōmodē dari possit locius, sive non, decidere videatur cap. 2. de statu monach. & cap. Quod Dei timorem, eodem tit. ubi Abb. nu. 9. seque- tur Sanch. tom. 2. Decalog. lib. 6. cap. 6. num. 36. Contrarium sentiunt Glossa in Clement. I. §. Ad huc, verbo, claustrum, de statu monach. & ibi Car- din. nu. 1. opposit. 4. Anch. num. 32. q. 27. idem Cardin. in cap. Quod Dei timorem, citat. nu. 6. q. 4. & ibi Anch. nu. 9. Ioann. Andr. nu. 17. expressius in cap. fin. nu. 1. & 2. de capell. monach. ubi Anton. nu. 4. Gregor. Lop. I. 24. tit. 7. p. 1. verbo, Ne le- dever, ubi omnes aiunt non esse necessarium in Ecclesijs non subditis superioribus regula- ribus præficiendos, habere socium. Prima op- nio verior est, secunda etiam potest tuto de- fendi.

Addiderim religiosum factum episcopum, non obligari ad tenendum secum socium sui ordinis, nisi ex quadam decentia, & honestate, Iege Caiet. 2.2. q. 185. art 8. dub. 1. Tabien. verbo, Episcopus, q. 6. à nu. 8. Azor. inst. moral. lib. 12. tom. I. cap. 7. q. 4. Sanch. tom. 2. Decalog lib. 6. cap. 6. nu. 21.

**CAP. Nullus pœnitentiat. II.**

S V M M A R I V M.

**I.** Episcopus ordinans publicè pœnitentiam, & biga-

& bigamum per annum, suspendi-  
tur à celebratione missarum.

2 Tempus non currit ignorantia.

## I N textu, ibi, Anno integro.

Meminit huius suspensionis per annum  
à celebratione, Angelica, verbo, suspensiō, I.  
nu. 3. Tabiena nu. 7. vers. Sexto, casu 2. summ. Astens.  
p. 2. lib. 7. tit. 16. art. 7. casu 40. Sylvest. verbo,  
suspensiō, nu. 6. Vivald. in Candelab. tit. de suspen-  
sione, nu. 54. & seq. Henrig. lib. 13. de excommunicatiōne,  
& suspensione, cap. 38. nu. 3. casu 3. ubi in  
Comment. littera I. refert etiam Covar. in Clement.  
Si furiosus, p. 1. in principio. nu. 10. Soteal. ver-  
bo, clero adscript. §. 2. & 3. Suar. de censur. disp. 31.  
sect. 5. nu. 6. ubi videtur sentire hanc suspen-  
sionem non esse ipso iure, sed ferendam, de  
hac etiam Sayr. in Thesauro, lib. 4. cap. 12. nu. 20.

2 In textu, ibi, Potuerit hoc ap-  
probari. Ergo tempus unius anni, aut aliud  
brevius, nunquam currit ignorā-  
ti, ut voluit Glossa, verbo, anno, in prēsentī Bald.  
in cap. I. verbo, ex quo sciverit; qualiter olim feud.  
alien. potest. Iason. conf. 64. in causa caducitatis, col. 3.  
vers. Secundo requiritur. refert alios Tiraq. de re-  
tract. Lignag. §. 35. Glossa 4. num. 22. qui nostri  
textus meminit. Similiter tempus datum ad  
appellantum nunquam currit ignorantia, sed  
solum incipit currere in ipso die, quo habetur  
notitia latē sententiæ. Latissimè rēti probat  
Menoch. conf. 120. num. 4. Mascar. de probat. con-  
clus. 1200. num. 6. Burg. de pace, conf. 12. num. 13.  
Surd. decis. 265. num. 19. Stephan. Gratian. discept.  
forens. cap. 161. nu. 4. Alex. Trentasinq. resol. 4. nu. 3.  
& resol. 6. nu. 3. de sentent. & re iud. Caldas Per. de  
renovat. emphyt. cap. 13. nu. 8. Sigismund. Scacc. de  
appellat. q. 12. nu. 7. vers. Primo. Ignatius del Villar  
in sylva responsionum, lib. I. resp. 15. q. 4. nu. 14.

## C A P. Poenitens. III.

### S V M M A R I V M.

- 1 Pœnitentes, & illitterati non possunt ordinari.
- 2 Non potest quis venire contra factum suum.

I N textu. Collige ex illo, publicè pœni-  
tentes, & illitteratos non posse  
ad ordines promoveri, de quo vide posita ad  
cap. Maritum, 3. num. 9. & 10. supra dist. 33. &  
ad cap. I. nn. 6. supra, hac eadem dist.

In Glossa I. Disputat Glossa, quando  
aliquis potest venire cō-  
tra factum proprium, Glossa similis, verbo, testi-  
tuas, in cap. Veniens, de filijs presbyterorum, Glossa,  
verbo, non perte, in cap. Diversis, de clericis non con-  
jugatis, Glossa, verbo, posse, in cap. Cum super, de con-  
fessione prabenda. Glossa I. per textum, ibi, in l. Post  
mortem, ff. de adoptionibus. Bart. in l. Si non sortem.  
§. Si cenum, nu. 12. ff. de condicione indebitis.

## C A P. Si quis absciderit. IV.

### S V M M A R I V M.

- 1 Authores agentes de mutilatione sui  
ipsius.
- 2 Nulli licet se castrare.
- 3 Clericus, qui se munit incurrit exco-  
municationem cap. Si quis suadēte.
- 4 Reprehenditur Origenes, quod se castra-  
verit.
- 5 Sanctus Marcus, qui sibi pollicem abs-  
cidit, non fuit Marcus Evangelista.

I N textu. Collige ex textu, cōmūniter  
esse peccatū mortale, se ipsū  
mutilare, & se mutilantem esse irregula-  
rem. De mutilatione sui agunt Canonistæ,  
tota hac dist. 55. Theologi cum S. Thom. 2.2. q. 65.  
art. 1. ubi Aragon. & Salon. summis, verbo, ho-  
miciidium, ibi Sylv. q. 2. Nair. in Manual. cap. 15.  
nu. 11. Ludovic. Lopez p. 1. instruct. conscientia, cap.  
64. Petrus Navarra de rest. lib. 2. cap. 3. num. 44.  
Benedictus in summa de peccatis, lib. 2. cap. 4. nu. 7.  
Sayr. in clavi, lib. 7. cap. 9. à nu. 34. Tolet. in summa  
lib. 5. cap. 5. à nu. 3. Saa in aphorismis, verbo, ho-  
miciidium, ad fin. Leſius lib. 2. de iust. cap. 9. dub. 14.  
in tertia editione. Salcedo in practic. cap. 17. num. 8.  
Petrus Gregor. Syntagm. lib. 7. cap. 2. num. 14. &  
sequentibus. Molina de iustitia, tract. 3. disp. 8. nu. 2.  
ad fin.

In textu, ibi, Absciderit. Ratio est  
quia nul-  
lus est membrorum suorum dominus, nec illa  
potest absindere, ex impatientia, ira, aut ali-  
qua passione, sine peccato mortali. Ita Docto-  
res, quos diximus agere de mutilatione sui  
ipsius, locis ibi allegatis nu. 1.

In textu, ibi, Omnino dam-  
netur. Quia is clericus dupli titulo ab or-  
dinibus arcet, & quia se ipsum mu-  
tilavit, & quia contraxit excommunicationem  
cap. Si quis suadente. De hoc ultimo Tolet. in sum-  
ma, lib. 5. cap. 5. nu. 3. & allegat pro se Ioann. Andr.

**2** Panormit. Folin. in cap. *Cum contingat*, i. de sentent. excommunicationis. Adde Navarr. in Manual. cap. 15. num. 11. & cap. 27. num. 76. Philiarch. lib. 3. de officio sacerdotis, cap. 33. Angles in floribus, nūq. de excommunicat. art. 5. dissimilatio 3. conclus. 7. Iul. Clar. in practic. cimini. §. ult. q. 77. nu. 3. Menoch. de arbitrar. casu 287. num. 37. Graff. lib. 2. aur. decision. cap. 48. nu. 20. Sayr. in Thesauro, lib. 3. cap. 16. n. 20. ubi in fin. eiusdem nu. 20. affert contra se Toret. lib. 5. cap. 8. sed hunc locum invenire non potui in meo, qui editus est Lugduni per Horatium Cardon, anno 1604. unde standum est pro loco à me allegato, lib. 5. cap. 5. num. 3. ubi mecum sentit, vide limitationem additam à Navarr. cap 15. nu. 11. Ludovic. Lopez in instruct. i. p. cap. 64. Emman. Rodrig. in summa, tom. 1. cap. 80. verf. *La decima tertia conclusion.*

**4** In Glossa, verbo, Clericus. Refert Origenem se eunuchum fecisse, ut liberius fœminis intra domos Evangelium prædicaret, sine periculo incontinentiae, atq. hoc minimè obstat sacerdotem creatum esse Cæsareæ, de quo facto Eusebius in historia ecclesiastica, lib. 6. cap. 6. Verum scito Origenem pañim à Doctoribus peccati mortalis argui, propter hanc sui evirationem. Ad Baron. tom. 2. ad annum 208. Lessius lib. 2. cap. 9. dub. 14. nu. 98. in fin. Sayr. in clavi, lib. 7. cap. 9. num. 24. ad medium.

**5** In eadem Glossa, ibi, Item Marcus. Refert Glossa S. Marcum, sibi ex humilitate pollicem præcidisse, ne fieret sacerdos; sed oportet advertere, non esse hunc Marcum illum, qui Evangelium scripsit, ut optimè probat Baronius lib. 2. ad annum 45. sed alium quendam Marcum Anachoretam, qui nisi id fecerit ex divina inspiratione, aut probabili ignorantia excusat, proculdubio laudandus in eo non est. Vide Lessius lib. 2. de iustitia, cap. 9. dub. 14. nu. 99. ad medium, edit. 3. Redi ad cap. Mariam, 3. nu. 9. distinc. 33. & ibi dicta de Marco, intellige non de Evangelista, sed de Anachoreta.

**5** CAP. Hi, qui se carnali. V.  
S V M M A R I V M.

- 1 Ob anima salutem non licet se castrare.
- 2 Eunuchi sunt ad libidinem prontiores.
- 3 Non possunt contrahere matrimonium.
- 4 In texu, ibi, Hi, qui se. Collige ex texu, nec ad iuvandam animam, aut superandas carna-

les tentationes, licitum esse virilia abscindere, patet ex Canone 22. Apostolorum, & cap. 21. Concilij Nicæni, ubi expressè deciditur. Rationem leges apud S. Thom. 2.2. q. 65. art. 1. ad tertium, ita Soto, Aragon. Salon. à me relati in cap. Si quis absciderit, nu. 1. Sayr. & Lessius supra. Adde posita ad cap. Si quis pro aggritudine, 9. nu. 2. infra, hac dist.

Ibi, Repugnare nescientes, Verè enim carni repugnare nescit, qui non ad iejunia, flagellationes, humili cubationes, frequentiam confessionis, & augustissime Eucharistie, sed ad amputanda virilia confugit, cum certum sit eunuchos libidine magis incendi, ut bene probant S. Basilius lib. de virginit. circa fin. Christi. hum. 63. in Matthæum, August. lib. 6. contra Julianum, cap. 5. & de virginit. cap. 23. & 24. vide Gregor. Tholosan. in syntagm. iuris, p. 2. lib. 7. cap. 2. Sayr. in Thesaur. lib. 6. cap. 7. num. 12. item expositores ad illud Matthei 19. nu. 12. Sancti nuchi, &c.

Licet libido in eunuchis effraenæ sit, & in idomita, tamen matrimonium inire non possunt, ex defectu veri seminis, quo eos natura distinxit, ut ex doctrina Galeni probat Amor. Musa in Aphorismis Hippocratis, & Galeni aphorismi 28. & Nicolaus Florentia de membris naturalibus, sermone 6. tract. 3. ad finem. Deciditur eunuchos inhabiles esse ad matrimonium. à Sixto V. in quodam motu proprio edito anno 1587. quem totidem verbis referunt Petrus Ledesma de matrimonio, q. 58. art. 1. dub. 3. Gutierrez. question. Canon. in 2. edit. lib. 1. cap. 16. nu. ult. Vide Sanch. lib. 7. de matrimonio, disp. 92. à nu. 14. usq; ad 18. Stephan. Quaranta in summa bullarij, verbo, matrimonij impedimenta, in fine. Franc. Marc. Delphini. decis. 677. nu. 6. fr. Emman. Rodr. in summi. tom. 1. cap. 235. conclus. 2. num. 2. Vivaldi. in Candelabro, p. 1. tit. de matrimonio. nu. 237. Azor. inst. moral. p. 1. lib. 2. cap. 9. in fine. Quam tamen doctrinam sic limita, ut si eunuchus altero tantum testiculo orbatus sit, matrimonium possit contrahere, potest enī emittere aptum semen generationi. Petrus Gregor. syntagm. iuris, lib. 7. cap. 2. nu. 18. Sanch. lib. 7. disput. 92. num. 14.

## CAP. Qui partem. VI.

### S V M M A R I V M.

- 1 Vtrum ad irregularitatem opus sit, ut quis sibi integrum membrum abscedat?
- 2 An sufficiat partem digiti abscedere.
- 3 Quomodo hæc irregularitas incurrit?
- 4 An percutiens debeat dare operam rei illicitæ?

- 3 Irregularitas ex mutilatione non incurrit nisi cum mortali.  
 6 Ab ea excusat quaecumque ignorantia.  
 7 Culpa non requirit notorietatem.  
 8 Ecclesia qua ratione puniat voluntate.  
 & nu. 9. usq; ad 16.  
 17 Qui defectus in manibus faciat irregularem?  
 18 Qui retundit monetam excedentem iustum pondus, an committat crimen falsi?

**I**N textu, ibi, *Qui partem*.  
 Nota non esse opus, ut quis sibi membrum integrum abscindat, aut partem aliquam celebrationi necessariam, ut vere sit irregularis; sed sufficit talem sibi mutilationem infligere, in qua peccet mortaliter, quanvis talis mutilatio casu, aut ab alio sine patientis consensu, aut iussu inficta irregularitatem non induceret, notat *Suar. de censur. disp. 5.1. sect. 2. nu. 6.* & hunc textum non esse Innocentij, sed Anathasis, contendit *Illese. in histor. Pontif. lib. 2. cap. 8. fol. 69. col. 4.*

**In textu, ibi, Sibi metipsi.**  
 Recte sibi, nam si alij partem digiti, imo totum digitum præsciderit, non esset irregularis, quia digitus membrum non est, sic *Glossa in cap. 3. in principio, de homicidio, lib. 6. Cardinal. in Clement. anna, eodem isti. Panormitan. in cap. De diacono, nu. 10. qui clerici, vel rovent. & in cap. Cum illorum, nu. 8. de sententia excommunicat.* Vnde colligunt multi non esse reos statuti, vel legis punientis illos, qui membrum aliorum amputarent, amputantes digitum, ita *Bald. in l. Servis, ff. de servis fugitivis, & in l. Reos, C. de accusat. col. 3. & in l. Data opera, in 2. corollar. C. qui accusare non possunt.* Colligitur ex l. *Idem Ossilius, ff. de edilitio editio*, ubi dicitur, quod habens amputatum unum digitum, non habet amputatum membrum, sed manum & circa texum vide *Navarr. conf. 2. de corpore vitiatis. & conf. 12. ad fin. de homicid. edit. 2.*

Ex hac doctrina, & alia simili colligit *Avila 2.7. de censur. disp. 13. dub. 1. §. Ex dictis, corollariū unum, quod ipse appellat valde notandum; nimur posse te facere Petrum, V.g. irregularē, quin ipse fias irregularis, ut si ei abscindas pollicem dextræ, vel sinistræ manus, quo deficiente, erit irregularis, quin tu irregularitatem incurras, quia membrum non præcidiſti, nam ut dixi, digitus non est membrum. Contra vero evenire posse, ut tu sis irregularis præscindendo alij membrum, cuius defectu non sit irregularis, ut si abscindas membrum genitale sine culpa patientis, eris ipse irregularis, non ille, quia membrum est occultū, nec*

generat deformitatem, quæ doctrina necessaria est, & habet patronum *Ceyar. Clement. Si furiosus, p. 3. nu. 8. carol. 14. Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 207. Henrig. lib. 14. cap. 8. nu. 3. & 4. ubi ia Comment. littera F. Sayt lib. 6. Thesaur. cap. 15. num. 7.*

**In textu, Operi rustico.** Colligunt ex hoc textu multi, oportere percutientem se casu, dare operam rei licita, ut evadat irregularitatem mutilatis se ipsum, quod si rei illicitæ incumbebat, tunc dicunt irregularē esse, nee insuperceptis ministrare posse, sine dispensatione, quā misericordiae episcopus concedit. *Authores sequitur, & refert latē Sayr. in Thesaur. lib. 6. cap. 7. nu. 14. ad medium. Ego distinguebam, et si res illicita esset illi prohibita specialiter, ut est venatio clamorosa, & chyurgia per incisionem, & adustionem, ut si ipse venando sibi, vel membrum occultum, vel partem membra amputaret, vel utendo igne, aut adustione eadem pataretur; ita distinguit *Suar. d. disp. 5.1. sect. 2. nu. 8.**

**In textu, ibi, Volens abscidit.**

Non quacumq; voluntate, & abscissione, sed ea voluntate, & abscissione, quæ cum mortali sit, id est, tali abscissione extera, quæ ad mortalem culpam pervenerit, quia cum hac irregularitas contrahatur propter delictū, necesse est ut delictū sit mortale, alioquin imparitas magna esset gravem pœnam pro levi delicto imponere, quod ad omnes alias censuras extenduntur. Doctores, sed de irregularitate ex delicto, longi quantur specialiter *Sotus lib. 5. de iust. q. 1. art. 9. vers. Id autem, Navarr. super cap. fin. 14. quæst. 6. nu. 21. & in summa latina noviori, cap. 27. nu. 251. vers. Octayo. Petrus Navarr. lib. 2. de restitu. cap. 1. in nova edit. dub. 6. nu. 61. vers. Colligo secundo. Emmanuel. Rodrig. 2. tom. summ. edit. 2. cap. 67. nu. 1. II. fine. Bartolom. Ledesm. dub. 5. de excommunicatione, conclus. 3. column. 994. Bañes 2.2. q. 64. art. 8. tract. de irregularitate, p. 2. dub. 2. 16. Dicimus ultimè fol. 371. Salon eodem art. 8. ante 4. controvers col. 1252. Ludovic. Lopez. 2. p. instruct. cap. 13. de excommunicatione. ad fin. insolutione ad terrium. Saa in summa. verbo, irregularitas. cap. 1. vers. Ad irregularitatem ex delicto. Henrig. lib. 13. de excommunicatione, cap. 24. nu. 1. in Comment. littera G. & lib. 14. de irregularitatibus, cap. 3. num. 1. Licet contrarium censuerint in ipsa irregularitate ex delicto, dicentes sufficere ad eandem incurriendam culpam veniam. *Caietan. 3. 2. q. 64. art. 8. column. 3. vers. Et confirmatur, & in summa. verbo, irregularitas, vers. Scito, & verbo, interdicendum, in principio. Castro lib. 1. de lege pœnali, cap. 5. documento 4. in fine. Cordub. in suo question, lib. 2. quest. 26. Iversi Neque mirandum, Aragon 2.2. q. 64. art. 8. fol. 294. col. 2. vers. Dico quarto. Sed minus probabilitate omnes**

## Prima pars Decreti.

498

omnes, cum nostra sententia sit communis, & in præxi tenenda, ut bene probat Sanch. de maritum. lib. 9. disp. 33. nu. 29. Redi ad cap. Maritum, 3. dist. 33. nu. 6.

**6** Non tamch' hinc colligas, statim incurri irregularitatem ex patratione delicti, cui annexa est in Canone talis irregularitas, quia si committens delictum procedat ex ignorantia talis irregularitatis, si ea non sit crassa, & supina, proculdubio irregularitatē non incurret. Quæ tamen sit ea ignorantia, quæ dicatur crassa, & supina, videbis per Sanch. tom. 1. Decalog. lib. 1. cap. 16. nu. 6. ubi ignorantiam vincibilem primò dividit in affectatam, & non affectatam; affectatam illam appellat, quaque data opera affectat ignorare, ne ab actu, quem exequi cūpīt, retrahatur; non affectatam illam dicit, quando quis non eligit ignorare, at culpabiliter ignorat. Rursus nu. 7. hanc non affectatam negligientiam (quæ semper est mortal) subdividit in mortaliter culpabilem, quæ non est crassa, & supina; & in crassam, & supinam; crassam, & supinam illam nominat, quando quis aut nullam, aut valde modicam ad sciendum diligenter adhibuit, vide illum, & ex hac notitia ignorantiae vincibilis mortaliter in non crassam, nec supinam, & in crassam, & supinam intelligentes optime, quæ disputat lib. 9. de maritum. disp. 32. à nu. 32. usq; ad 34. ubi concludit ignorantiam irregularitatis, & censorum, in qua intervenit mortale, idest, quia non tantam diligentiam adhibui, quanta op̄is esset ad excusandū mortale, non sufficere ad incurrendam censuram, nisi ea culpa mortaliter procedat ex ignorantia crassa, & supina, idest, cum vel nullam, vel adeo tenuem diligentiam apposui, quæ p̄ nulla reputari possit, non tamen ex dolo, idest, à sc̄biendas. Porro de ignorantia vide quæ diximus ad cap. penult. nu. 2. supra, dist. 37. & ad principium dist. 38. nu. 7.

**7** Quid si talis mutilatio non integri membris sit occulta, nec de culpa mutilantis se, constet notorietate facti, vel ex confessione rei, erit nē iste irregularis? Non putat Hostiens. Cardinal. Butiūs, & Abb. in cap. final. de corpore vitiatis. Covar. in Clem. Si furiosus, 1. p. à n. 5. Plaça de delict. cap. 24. nu. 13. Sylv. verbo, corpore vitiatus, q. 4. Navar. in Man. cap. 27. nu. 198. Vgolin. de irregularit. cap. 51. nu. 7. & cap. 52. nu. 5. Graff. in decision. aur. lib. 4. cap. 27. nu. 41. Henrīq. lib. 14. de irregularit. cap. 8. nu. 4. & cap. 19. nu. 4. Avila de censur. p. 7. disp. 3. dub. 1. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 19. punt. 3. Ludovic. Lop. in instruct. tom. 2. p. 2. cap. 23. & est valde probabilis sententia. Sed probabilius non requiri notorietatem culpe, nec rei confessionem, quia textus fundatur in punienda voluntate, quæ in mutilationem prodijt, licet ipsa mutilatio, & voluntas sit occulta per accidens; ita Villadiego de irregularit. cap. 12. de corpore vitiatis, Garcia de

benefic. p. 7. cap. 12. num. 5. Molini. de iust. tract. 3. disp. 67. nu. 8. & disp. 70. nu. 16. & seqq. Videntur habere Sayr. in Thesaur. lib. 6. cap. 7. nu. 12. ad medium, ubi ait mutilantes se, fieri irregularites, præsertim, si notoria sit abscessio. Suar. de censur. disp. 51. sect. 2. nu. 6. ubi tantum ad incurriendam hanc irregularitatem, requirit culpam mortalem, probat, & sequitur hanc partem latissimè Tolet. lib. 1. summ. cap. 63. nu. 8. Allegant omnes Glossam in cap. fin. de corp. vitiatis. sed illa cū priori sententia aperte consentit.

**In textu, ibi, In illis voluntas est vindicanda.** Ergo Ecclesia punire potest actus internos? Sic existimatur multi nulla exhibita distinctione, inter quos Glossa, Clement. 1. §. Verum, verbo, eo ipso, de hereticis, ubi Cardinal. nu. 8. q. 7. Glos. 24. q. 2. in summ. verbo, qui verò. Goffred. summ. iii. de heret. nu. 2. Abb. in proemio Decreti. Verbo, Rex pacificus, nu. 6. & in cap. Exirpand. in repetit. q. Cui verò, nu. 21. de præbend. & in cap. fin. nu. 1. in fin. de heret. & in cap. 2. nu. 13. de officio Ordinarij. Feli. eodem cap. fin. in princip. & in cap. Porro, in princip. de sentent. excommunicat. Repertorium Inquisitorum, verbo, pæna, Glossa in cap. Cogitationes, verbo, patitur, de pœnit. dist. 1. Stephan. & Paulus. quos refert, & sequitur Imol. Clement. 1. nu. 18. de heret. Bald. 1. Si quis non dicam, 5. nu. 1. C. de episcop. & cleric. Ananias in cap. Si quis episcop. nu. 3. de heret. Hypolitus in l. Qui falsum, nu. 13. ff. de falsis. Rosilla in summa, verbo, absolutio, 1. num. 29. & verbo, excommunicatio, casu 1. num. 1. & verbo, hereticus, num. 14. Adrianus in 4. quest. 2. de confessione, quæ incipit. Restat nunc inquirere, §. Alij probant, & Quodlibeto 8. quest. 1. littera G. Albertinus de agnoscendis assertionibus, quest. 33. num. 27. & 32. Geraldus Carter. Bonifac. Rota, quos refert, & sequitur Cevall. in suis communib; tom. 2. quest. 698. à nu. 9. Decian. in sua pract. part. 1. lib. 5. cap. 41. num. 1. Rojas de heret. part. 1. à num. 246. usq; 270. Vela de pœnis delictorum, cap. 14. Menoch. de arbitrar. lib. 1. cent. 4. casu 360. num. 6. & 7. ubi omnes aiunt, hereticum purè mentalem incurrere excommunicationem. Ceterum quia illa questio gravissima est, & de ea apud nostros Canonistas satis non liquet, placet pro eius decisione sequentes statuere conclusiones. Vide etiam posita ad cap. Voventibus, num. 3. & sequentibus, supra, dist. 27. & ad cap. Si quis eorum, nu. 2. & seqq. dist. 30.

**Prima conclusio.** Ecclesia de facto nihil potest in actus merè internos, sive ut illos imperet, sive ut prohibeat, & puniat, est contra omnes allegatos superiori numero. Verum illam sequuntur Doctores, qui videri possunt apud Henrīq. lib. 6. de pœnitentia, cap. 14. num. 6. Valent. 2. 2. disput. 1. quest. 11. punto 3. Vafq. 1. 2. quest. 69. art. 4. disp. 160. cap. 5. num. 22. Suar. de censur.

censur. disput. 21. sect. 2. num. 2. &c de legibus lib. 4.  
cap. 13. à nu. 4. latissimè omnium Sanch. tom. I.  
Decalog. lib. 2. cap. 8. nu. 2. videri etiam possunt  
muli apud Sayr. in Thesauro. lib. 1. cap. 9. nu. 14.  
& lib. 3. cap. 4. num. 2. Sumitur clare ex cap.  
Sicut tuis, & cap. Tuam nos, de simonia, & cap. Eru-  
bescant. dist. 32. Simonia omnium rationum est, si  
quia ex nullo Scripturæ loco, aut Canone Pon-  
tificum, tam acciter aliquin defendantium  
iurisdictionem suam, hanc à Christo Dominus  
datam esse Ecclesiæ suæ iurisdictionem, consi-  
tater adhuc potuit, nec illam dare beneficæ, &  
suavi eius gubernationi expediebat. Ex hac  
conclusione infert Sanch. num. 3. cum Sot. Em-  
manuel Rodriguez. Caietan. Suar. Gutierr. Simanch. Co-  
var. Aragonio, quos num. 2. allegarat. Hæreti-  
cum pure mentalem non incurtere excōmu-  
nicationem impositam hæreticis, & à quovis  
sacerdote absolvı posse, habente alijs iurisdi-  
ctionem in peccata mortalia.

Secunda conclusio. Ecclesia potest reser-  
vare peccata mere interna, & solo corde re-  
tentia. Est Caietan. 2.2. quest. 11. art. 4. in fine.  
Aragon. eadem, quest. 11. art. 3. col. 8. Vgolin. de  
censur. Pontifici reservatis, 2. part. cap. 1. §. 1. nu. 11.  
Suar. de censur. disp. 21. sect. 2. nu. 2. Sanch. tom. I.  
Decalog. lib. 2. cap. 8. nu. 4. ad medium, ubi ad-  
vertit nullum peccatum pure mentale, nec  
etiam heresim Pontifici hucusq; reservari, li-  
cet possit; verum non approbant constitutio-  
nem aliquorū diocesum, ubi episcopō reser-  
vatur heresis mentalis, imò cupid ne talis reser-  
vatio, aut heresis, aut aliorum peccatorū men-  
talium fiat, licet optimè possit, quia reservatio  
est tantum denegatio iurisdictionis sacerdoti-  
bus, nè à talibus peccatis possint absolvere, quæ  
iurisdictio cum liberè confessarijs conferatur,  
liberè etiam auferri potest; vide ibi plura.

Tertia conclusio. Ecclesia potest imperare,  
vel prohibere, & punire actus internos, quate-  
nus illi necessarij sunt, vel ad esse physicum,  
vel ad esse morale actuum extenorū, quos  
fieri imperat, vel prohibet, quanvis tales actus  
interni non satis manifestentur per extenos.  
Probatur quia ad esse morale, & bonitatem ta-  
lium actuum extenorū requiruntur actus  
interni, ergo illos consequenter imperat, ut in  
cap. Omnis utriusq; sexus, de pœnit. & remission. cum  
imperat confessionem annualem extenam,  
consequenter imperat recognitionem pecca-  
torum, dolorem necessarium, qui sunt actus  
interni, qui non satis manifestantur per exten-  
nam confessionem; item iubet confiteri pec-  
cata cordis, quia hæc omnia necessaria sunt ad  
esse morale, & bonitatem confessionis exter-  
nae; sic etiam in cap. Dolores, 9. de celebratione mis-  
serum, præcipitur recitatio officij ecclesiastici,  
ad quod necessaria est attentio, & devotione in-  
terna, que non satis manifestatur in actu exten-

næ recitationis, ac propterea censetur compre-  
cepta, ita ut qui non recitaverit cum intentio-  
ne, saltem orandi Deum, nec impleat præcep-  
tum, nec faciat fructus suos, ut tenet Suar. de le-  
gis. lib. 4. cap. 13. nu. 10. cum Navarr. de horis Ca-  
nonicis, cap. 13. Sayr. in Thesaur. lib. 3. c. 4. n. 24.

Quarta conclusio. Ecclesia non potest im-  
perare, vetare, vel punire actum internū, qui  
non est necessarius ad esse physicum, vel mo-  
rale, actus externi, de se aliquin boni. Probat  
Suar. citatus, de legibus, nu. 14. quia hæc lex sive  
imperans, sive prohibens, verè esset de actu  
interno. Hinc sequitur non posse imperari sa-  
crificium, vel recitationem officij divini pro-  
tali, vel tali intentione, putà p'avertendo bello,  
peste, tempestate, quia sine tali intentione po-  
test optimè constare bonitas moralis sacrificij,  
& recitationis officij ecclesiastici, ut patet.

Quinta conclusio. Ecclesia non potest pu-  
nire actum externum de se bonū, propter ali-  
quem actum internū, qui illum vitiat, ut V.g.  
punire eleemosinam, quæ de se bona est, ex eo,  
quod detur propter finem vanæ gloriaz. Probat  
Suar. citat. nu. 18. quia id verè esset prohibere,  
& punire actum mere internum, & qui nullo-  
modo manifestatur in extero, quod est con-  
tra superiore conclusionem.

Sexta conclusio. Ecclesia potest per censu-  
ras, & irregularitatem punire actum internū,  
ut manifestatur in aliquo extero mortali,  
quanvis talis manifestatio judicialiter probari  
non possit. Hæc est omnium, qui ajunt hæreti-  
cū, qui aliquo actu extero peccaminoso mor-  
taliter, & erroris manifestativo, licet occultissimo  
in loco, & ubi nullū habuit spectatorem,  
incurrere excōmunicationem impositam hæ-  
reticis. Hos referunt, & sequuntur latissimè  
Sayr. in thesaur. lib. 3. cap. 4. nu. 26. Sanch. tom. I.  
Decalog. lib. 2. cap. 8. nu. 6. præcipui sunt Angelus  
in summa, verbo, hæreticus, nu. 2. Sylv. verbo, ex-  
communicatio, 7. casu 2. num. 4. notabili 2. in fine.  
Caiet. summ. verbo, hæresis, in fine, & 2. 2. q. 11.  
art. 3. in fine, Sot. in 4. dist. 22. q. 2. art. 2. Si-  
manch. de catholicis institut. tit. 42. nu. 7. Castro de  
lege pœnali, lib. 2. cap. 15. in corollar. quod infere  
ex prima propositione, & de insta hæretic. punit.  
cap. 18. paulò post princip. Villagut. de extens. legū,  
tit. de indice, & indicio, multi pluriq; eius specie, §. 56.  
& tit. de extens. legum pœnal in ficti. hæret. ad eorū fa-  
lios, num. 96. Tolet. in summa. excōmunicatione prius.  
Bulla Cœna, nu. 10. Avil. de censur. p. 1. dub. 10. con-  
clus. 2. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 10. q. 4. Vasq. L. 2.  
q. 96. art. 5. disp. 169. cap. 2. nu. 22. Suar. de censur.  
disp. 21. sect. 2. nu. 2. Ex hac conclusione infert  
idem Sanch. cum Soto, Vgolino, Aragonio, Medina,  
Corduba, Simanch. Navarr. Villagutio, Vasquez, &c  
alijs, quos citat, hunc hæreticum extenuum  
licet occultissimum, incurrere confiscationem  
bonorū, & reliquas pœnas hæreticis impositas.

## Prima pars Decreti.

500

quia licet ad executionem poenarum requiriatur probatio iudicaria, illa non requiritur ad carum incursionem, ut patet in censuris, & atque ipsa pœnæ, quæ ipso facto incurritur. Ad hanc conclusionem pertinet noster texpus; licet enim ipsa mutilatio sit occultissima, & nullammodo judicialiter probari possit, quia tamen id est per accidens, & tantum defectu spectatorum, Ecclesia non potest innoscere, ab ea optimè puniri potest, sententia à lege illata.

**15** **Septima conclusio.** Ecclesia potest punire actum exteriorem de se malum, cum dependentia ab aliquo actu interno, à quo habet novam malitiam, licet talis actus internus non satis declaretur per externum, nec ad illum in genere moris pertineat. Probatio facilis est, quia cum talis actus externus de se supponatur malus, ea malitia, quæ sufficiat, ut censuris puniatur, quod Ecclesia illum punire nolit, nisi addatur illa nova malitia actus interni, potius est clementia, quam rigor, & exactionis pœnae ad actus mete internos; ita *Suar. eleganter num. 20.* Ad hanc conclusionem pertinet cap. penult. de haret. in 6. & Clement. I. §. *Veniam, eodem in. ubi excommunicantur inquisitores, qui ex odio, amore, vel luctu processerunt, aut non processerunt contra hereticos, ubi ipse actus externus inquisitorū (vel omissione eius) supponitur alioquin peccaminosus mortaliter, sed illum punire non vult Ecclesia cum posset, nisi sub illo actu interno odij, amoris, lucri, &c. Vnde ex quocumque alio motivo, vel fine malus sit, excommunicatione carebit, ut bene notat *Suar. citat. & Sayr. in Thesauro, lib. 3. cap. 4. num. 25.* Item pertinet ad hanc excommunicationem. Clement. 5. de statu monach. ubi monachi Benedictini pergentes ad curias regum animo accusandi prælatos, vel nocendi monasterijs suis, excommunicantur; quia ille profectus ad curias supponitur mortaliter, verum illum Ecclesia excommunicationi subjiceret noluit, nisi cum malitia, quam dese habet, nova alia super addatur, nimis intentio accusandi prælatos, & nocendi monasterijs. Tandem huius conclusionis sunt censuræ; ad quas incurendas requiritur scientia, temeritas, audacia, quia eos actus externos de se malos noluit Ecclesia punire, nisi cum data opera, & ex compagno suuunt, id enim important particulæ illæ, scienter, audacter, &c. Vide *Suar. citatū.**

**16** **Octava conclusio.** Ecclesia beneficia sua, vel indulgentias, vel quidquid pendet ex materia eius voluntate, conferre potest cum obligacione habendo aliquem actum internum, & non aliter. Huc pertinet cap. *Commissa, §. 7. de electione, in 6.* ubi præcipitur acceptanti beneficium parochiale, ut habeat animum assumendi ordinem necessarium intra annum, vel si in ipsa ordinatione non habuerit, mente in mu-

ter, & de facto, debito tempore ordinetur, de quo textu multa *Sot. lib. 10. de iustitia, quest. 1. art. 6.* satis intricate, & minus ad animam, & sensum ipsius capitii, cum vera expositio sit noluisse Ecclesiam dare illud beneficium, nisi cum onere habendi intentionem suscipiendo intra annum ordinem presbyteratus, qui si non suscipiat, beneficiarius beneficium amittat, nec faciat fructus suos, hucusq; perceptos confirmetur verò in beneficio, & faciat fructus perceptos suos, si de facto ordinetur in tempore statuto. *Quiquidem intellectus ministrorum in modum mihi placet, utpote sapientissimi *Suar. jij,* quem vide loco citato, de legibus, num. 28. ubi etiam aliam explicationem infert satis etiam probabilem.* De indulgentijs certum est non dari à Pontifice, nec illas aliquem lucrari, nisi apponat conditiones imperatas, ut si pro extirpandis, & evellendis heresisbus, pro felici regimine Pontificis pro animabus Purgatorijs, &c. Quæ intentio, actus est internus, & qui alioquin imperari, aut prohiberi non potest, ut diximus in nostra quarta conclusione; aliud est enim ex pacto facere, & dare, ut do indulgentias, ut des orationes sub statu intentione; aliud directè imperare, & punire, cum primum dependeat à voluntate subditi, non verò secundum. Atq; per hæc satis potest declarari, quid in actus internos possit Ecclesia.

*Quæri* hic solet, qui defectus in manibus faciant irregularem? *Videndi* sunt pro hoc argumento *Sayr. in Thesauro, lib. 6. cap. 8. Avila de censur. part. 7. disp. 3. dubio 1. Suar. de censur. dis. put. 51. sect. 3. à num. 12. ubi late referunt Autores, qui de hac re ex professo egerunt. Ex quibus colligo, qui trementes sunt manibus, ita ut calicem, aut non possint tenere, aut cum periculo teneant, esse irregulares. *Sayr. citat. num. 19.* Item qui caret digitis non necessarijs ad sacrificium missæ, sunt valde diffomes. *Sayr. num. 19.* Item qui caret aliqua manus. *Sayr. num. 18.* Item, qui caret pollice, *Suar. citat. nu. 12.* Item, qui in totum caret unguibus, *Avil. citatus, non verò, qui aliquibus caret, si ij imbecillitatem notabilem digitis non ingerit;* idem *Avila.* Qui sex habent digitos non sunt irregulares, nec qui minimum, & annularem habent in se adherentes, vel ad invicem impositos, si non sit nimia deformitas, cuius iudicium semper erit episcopis committerendum.*

**In Glossa 1.** Docet *Glossa*, quod si quis haberet superfluos digitos, eos posset præcidere absq; metu irregularitatis; quam extollit *Marsilius in I. Qui falsam, num. 100. C. de falsis, & per eam tenet, quod is, qui retudit, & mutilavit monetam excedentem iustum pondus, & eam ad iustum pondus redigit, non commisere crimen falsi;* quam opinio-

opinionem multis rationibus comprobavit Alciat. respons. 461. quia non imminuit, qui ad insulam pondus redigit; nee deteriorum reddit, qui superflua resecat. De quo tamen dubitat Menoch. de arbitrar. casu 316. num. 38. qui etiam nostræ Glosæ meminit, & questionem late prosequitur.

## CAP. Si quis à medicis. VII.

- 1 **S U M M A R I V M .**
- 1 Nullus tenetur ad patiendam evirationem propter salutem, si non sit necessarius bono publico.
- 2 Qui se ipsum ex scientia artis chyrurgica abscidit pro tutanda vita, non est irregularis.
- 3 Particula, affectatio, audacia, scientia, in censuris, quid importent?
- 4 Medici non sunt irregulares.

## I N textu, ibi, Propter langorem.

Non puto teneri hominem permettere sibi virilia secari, cum medici id iudicant necessarium, tunc propter dolores ingentes, qui in ipsa eviratione patiuntur, tum propter opprobrium, quod inde inter homines sequitur, quod etiam verum est in alijs remedijs naturæ, nimium violentis, & acribus, iuxta illud. Marij, cum ei crus aperiretur, non est, inquit, tanto dolore digna salus, ita Lessius lib. 2. de iust. cap. 9. dub. 14. nu. 96. in 3. editione. Sayr. in clavi, lib. 7. cap. 9. dub. 10. nu. 38. non longe à fine. Verum si vita periclitantis necessaria esset bono publico, tunc teneretur, & obligari posset à Republica ad patienda remedia difficultia, & in quibus vehementissimi dolores preferendi essent, quia si pro bono communis tenetur quis pati mortem, quanto magis quidquid est citra mortem; ita præter citatos, Lessium, & Sayrum, tenet Sot. lib. 5. de iust. q. 2. art. 1. conclus. 2. Aragon. 2. 2. quest. 65. art. 1. statim in principio. Salon, ibidem, art. 1. controversial. 2. Petr. Navarr. lib. 2. de rest. cap. 3. nu. 102. & 103.

- 2 In textu, ibi, se, cum sanus esset.
- Recte cum sanus esset, quia tunc talis abscisio necessaria non est ad tutandam vitam, & procedit ex inchoato homicidio, nam, si necessaria iudicetur, & qui periclitatur sit peritus in arte chyrurgica, poterit bene sibi amputare virilia, & quodcumq; aliud membrum, quod vitam impedit, quin incurrat irregularitatem,

ut expressè docet S. Thom. 2. 2. quest. 65. art. 1. ad medium. Aragon. & Salon, ibi Sylv. verbo, homicidium, 1. q. 1. Sot. lib. 5. de iust q. 1. art. 1. conclus. 2. Petr. Navarr. de rest. cap. 2. nu. 97. Valent. tom. 3. disp. 5. q. 9. puncto unico. Tolet. in summ. lib. 2. cap. 6. conclus. 2. Sayr. citat. in clavi, lib. 7. cap. 9. nu. 35. Lessius lib. 2. cap. 9. dub. 14. nu. 102. §. respons. non illa sola.

## In textu, ibi, Affectant, audetq;. 3

Quam aduentientiam requirant haæ particulae; scienter, affectant, audent, temere, & similia, quæ aliquando ponuntur in legib; ferentib; censuras, & irregularitatem, & utrum semper requitur dolus in operante; item, an à talibus censuris excusat culpa lata, quæ aliquando est cum ignorantia crassa, & supina, videri possit per Sanch. lib. 9. de matrim. disp. 32. à nu. 36. & quinq; sequentibus, ubi solita eruditione rem hanc decidit.

## In Glossa, verbo, à medicis. 4

Ait medicum licet promoveri ad ordines, nec propter officiū medici, esse irregularem, quod intellige etiam de chyrurgis adiunctione, & incisione secantib; vel alijs quibuscumq; modis, si ex præceptis procedant artis, & infirmos suis admonent, caveant ab his, quæ sibi nocumento esse possunt, sic colligitur ex cap. Tua nos, de homicidio, ubi Panormitan. num. 3. Hoit. in summa, lib. 1. tit. de alate, & qualitate ordinandorum, §. ordo, Angelica, verbo, homicidium, 2. §. 18. Sylv. verbo, homicidium, 2. num. 13. Tabiena, verbo, medicina, num. 2. & verbo, irregularitas, nu. 13. Covarr. Clement. Si furiosus, part. 2. §. 9. num. 2. de homicidio. Sayr. in Thesauro, lib. 7. cap. 6. num. 8. Avila de censur. part. 7. disp. 6. sect. 1. dub. 10. conclus. 1. ubi citat Navarr. Covarr. Henrig. & alios, qui ibi videri possunt. De obligatione medicorum proveniente ex cap. *Cam infirmitas, de penit. & remissione*, & ex motu proprio Pij V. edito anno 1566. incipiente, supra gregem Dominicum. Videndum est latissime, & disertissime Sanch. tom. 1. Decalogi, lib. 3. cap. 16. per totum. Ita utrum medicus in curationibus possit uti opinione minus probabili, & quæ ei liceant in hac re, vide per eundem eodem tomo, lib. 1. cap. 9. à nu. 37. & sequentibus.

## CAP. Eunuchus. VIII.

- 1 **S U M M A R I V M .**
- 1 Qui iussu tyranni, ut evaderet mortem, se mutilaret, non esset irregularis.
- 2 Licet ad scilicet misericordie tyrannum se mutilare,

**2** Ob bonum commune patria poterit quis se mutilare.

**4** Ridiculum est eunuchos sacerdotes serre suspensam è collo partem abscisam.

## I N text. Vel si in persecutione.

**I** Non tantum patiendo evirationem iussam à tyranno quis non peccabit, nec esset irregularis, sed etiam sibi ipsi eandem evirationem, & quamcunque aliam mutilationem, quæ non sit partis necessariæ ad ordinis, aut notabilem deformitatem inducat, sibi inferendo, ad conservandam vitam, & fugiendum maius malum; quod de alio quocunq; membro non necessario ad vitam conservandam, probat optimè Léssius lib. 2. de iustit. cap. 9. dub. 14. nu. 101. ubi bene reprobat Sotum lib. 5. de iustit. q. 2. art. 1. conclus. 3. quem postea secuti sunt Salomon, & Aragon. in 2.2. q. 65. art. 1. Sayr. in clavi, lib. 7. cap. 9. nu. 37. ad finem, contrarium sententiam. Verum opinionem Léssij, quæ tenenda est, docent Petri Navarr. lib. 2. de restitutione, cap. 3. nu. 98. & 99. Sà in Aphorismis, verbo, homicidium, in fin. Tolet. in summa, lib. 5. cap. 9. nu. 4. ubi Tolet. id probat inter alia facto Iosephi illius Iudei magni nominis historiographi, qui lib. 2. belli iudaici, cap. 27. ut idem Tolet. & ex eo totidem verbis Sayrus proximè citatus refert, se sibi ipsi amputasse manum iussu tyranni militantis non faceret, ambas perditur. Sed oportuit Toletum ipsam, & sayrum locum Iosephi cictatum vidisse priusquam referrent; non enim ibi scribit Iosephus, se sibi iussu tyranni alicuius manum amputasse, ut ambarum amputationem vitaret, sed hoc à se, cum iudex esset, imperium cuidam Clito coniurationis, nescio quis, authori. Adi Iosephum, & fateberis.

**2** Quod de mutilatione, & abscisione aliquis membra iussu tyranni ad servandam vitam, & vitandum maius damnum docet Léssius, id ipsum extendit, ut sine peccato fieri possit ex propria voluntate, quando prudenter credetur illum hoc facto ad misericordiam commovendum, & quidem ex eodem fundamento, quod ibi collocat, rectè colligitur, quia tunc vita conservatio spectatur, quæ aliter in periculo est, & maius malum minori hoc creditur avertendum. Adi illum d. nu. 101. ad finem, §. Qui incipit secundo, &c. Tu adde talēm non futurum irregularem ex mutilatione, sed aliunde ob defectum membra, aut partis necessariæ, si illa careat propter dictam occasionem, aut ex notabili deformitate, quæ inde proveniret.

**3** Ulterius procedit Léssius valde esse probabile, unumquemq; se posse mutilare, immo sibi membrum amputare ob salutem patriæ, sicut

de Zopyro scribit Herodot. lib. 4. qui sibi nates, aures, & labia præcidit, nobili quodam stratagmate, & ad patriæ, ac regis sui honorem, sapienter excogitato. Lége sacros expositores ad 3. Regum cap. 20. nu. 35. ubi de Propheta, qui se ipsum percuti iussit ab alio, quin hoc ex Dei revelatione ficeret, de quo certè toto illo capite non constat, ut sic aditus ad Regem pataret; de quo etiam Léssius loco citato.

## In Glossa, verbo, Persecutione.

Notat ridiculum esse eunuchos afferre secum testiculos in pulvreni communitos, è collo suspensos, ut possint celebrare; ridet hoc etiam Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 200. Vivald. de irregularit. nu. 172. Tolet. lib. 1. cap. 63. nu. 4. ad fin. ubi refert Anch. & Ioann. Andr. Avila de censor. p. 7. disp. 3. dub. 1. §. Sequitur tertio, vers. Enat autem, quod etiam intellige de alijs partibus deficientibus. Vgolin. de irregularitate, cap. 49. num. 5. alij de quibus Salzedo in practic. cap. 17. num. 13.

## CAP. Si quis pro egritudine.

### IX.

#### S Y M M A R I V M.

**I** Textus noster à quo fuit conditus.

**2** Covarr. nostri textus meminit.

**I** N superscriptione, ibi, Ex Martino Bracharesi episcopo.

Olim legebatur Martini Papæ; & ita habetur apud Pannormiam lib. 3. cap. 56. & apud Gratiian. in impressione antiqua, sed melius hodie legitur Martini Bracharesi, ex Synodis Orientalibus, quod iam admonuerat Covarr. Clement. de homicidio, 1. part. in initio, num. 6. post principium.

**I**n textu. Collige ex illo, quod si quis non sua sponte, sed vel à medicis casu, aut per vim, & insidias hostium, vel puer in cutanulis lectus fuerit, & virilia, aliquid ve membrum amiserit, promoveri poterit, & promotus iam, cum is casus acciderit, in ordinibus susceptis ministrare, ut ex nostro textu prosequitur latè Covarr. in Clement. 1. de homicidio, p. 1. in principio, nu. 6. & vide quæ scripsimus ad cap. Si quis abscederit, num. 2. & 4. & ad cap. His, qui, na. 1. supra, hac eadem dist. Rebus. in praxi, 3. part. tit. de dispensatione cum corpore vitiatis, nu. 15. Campanile in diversor. iur. tab. 11. cap. 17. Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 200. Albert. Trol. de

vero, & perfecto cler.lib.2.cap. 16. num. 8. Sylvester, verbo, corpore viciatus num. 3. vers. neque est nessarium, Placa in epib. delict. lib. 1. cap. 25. num. 1. Bellet. disquis. cler. §. 7. num. 12. Cened.ad decretal.collect. 69. numer. 2. Salzed.ad Bernard. in practic. cap. 17. numer. 13.

## C A P. Si quis in infirmitate. X.

### S V M M A R I V M.

- 1 Claudus an sit irregularis?
- 2 An possit Episcopus dispensare cum clando, ut celebret cum pede ligneo?
- 3 An praelatus regularis possit dispensare cum suo subdito clando ut cum pede ligneo celebret?

**I**N textu, ibi, Medicorum incisione claudus. Loquitur textus de eo, cui post electum supervenit claudicatio, non de eo, qui claudus natus est, sed dicendum primo eum, qui ita sit claudus, ut cruribus, vel pedibus caret, esse irregularēm, tam ne primo promovetur, quam ne post promotionē ascendat, vel ad altare ascendet. Dicendum secundū cū clando, qui potest stare ad altare, si habeat claudicationem ante ordines, & nec baculo, nec pede ligneo indigeat, nisi magna fuerit deformitas, poterit dispensari ut ordinetur, si causa iusta id exigat, si claudicatio extra culpam claudieantis contigit. Idem dicendum est de promotione, sequitur Summ. Pizanella verbo, viciatus corpore, §. Virum claudus. Angelica verbo corpore viciat. 3. S. Antonim. 3.p. tit. 27. de irregularitate. cap. 5. Sylvester. verbo corpore viciat quodlibet. Tabiena eodem tit. §. 1. in fine Navarr. in Manual cap. 27. num. 199. Mayol.lib. 1. de irregularitate cap. 18. num. 2. Graff. lib. 4. cap. 27. num. 44. Sayrus in Thesau. lib. 6. cap. 8. num. 22. Tolet.lib. 1. summ. cap. 62. num. 1. Henr. lib. 14. cap. 8. num. 1. Avila de censuris part. 7. disputat. 3. dubio 1. §. Sed circa, & seq. Saar. de censuris disput. 51. sect. 2. num. 11. & 13. De ijs, qui habent pedes distortos, vel digitos pedum amissos videbis Sayrum num. 23. Aulam etiam, §. sequitur 3. Rebus. in praxi 3. part. de dispensat. cum corpore viciatis, num. 6. Molina de iustitia tract. 3. disp. 70. num. 3. Trotium de vero clero lib. 2. cap. 16. num. 9.

Querunt multi utrum Episcopus possit dispensare cum sacerdote ut celebret cum pede ligneo? Respondebat Host. quem refert, & sequitur Astens. part. 2. lib. 6. tit. 21. q. 2. Rosella, verbo,

viciatus corpore. Mayol.lib. 1. cap. 18. num. 3. Avila de censuris part. 7. disp. 3. dubio. 2. §. Vnde sit prima conclusio, allegans Angelum, verbo, corpore viciatus na. 1. Sylvester. eadem quod. ult. Tabienam ibidem posse dispensare cum religioso. Non probat Sayrus viciatus num. superiori, sed nullam assert rationem, nec auctorem pro se, praeter Sylvester. verbo, corpore viciatus quod. 10. Rosella, & Mayolus citati contendunt religiosum sacerdotem factum claudum post sacerdotium, ita ut celebrare non possit, nisi cum pede ligneo bene dispensari posse à superiori, ut sic celebret, sequitur Avila proxime cito tatus.

## C A P. Lator præsentium. XI.

### S V M M A R I V M.

- 1 Carentes membro occulto, vel externe mutilati, quando non sunt irregulares?
- 2 Defectus dentium non facit irregularēm.
- 3 Surdasti non sunt irregulares.
- 4 Defectus digitorum in pedibus, & in manibus circa deformitatem non faciunt irregularēm, nec barba tin-

**I**N textu. Ex hoc cap. Lator, & superius cap. Si quis a medicis, cap. eunuchus, cap. Si quis pro agriudine, cap. Si quis in infirmitate, colligunt. Doctores hāc regulam generalem, ut amissio aliquius membra occulti, vel patentis, qui exercitium ordinis non impedit, vel ob debilitatem, vel ob notabilem deformitatē, si sine culpa patientis eveniat, nunquam habere annexam irregularitatem, sive ut ordines non suscipiantur, sive in susceptis non ministretur, lego suar. de censuris disput. 51. sect. 2. num. 4. Sayrum d. in Thesau. num. 14. ubi multos referunt. Salzedo in practic. cap. 17. num. 8.

Ex hac generali regula corollaria aliqua deducunt. Primum, qui non habet dentes non esse irregularēm, quia non sunt membra corporis, ac proinde eorum defectus irregularitatem non inducit. Innocent in cap. significavit, & cap. exposuit de corpore viciatis. Panormitan. in cap. ex parte 1. num. 5. eodem tit. Sammi confessor. lib. 2. tit. 1. quodlibet. Socin, in cap. sententiā 4. part. principali quodlibet. ne clericis, vel monachi. Mayol.lib. 1.

de irregularitate cap. 14. n. 1. Vivaldus de irregularitate  
m. 3. propter sequentibus. Henr. lib. 14. c. 8. n. 2. in fine.  
Addit. neq; peccare neque esse irregularē ho-  
minem evolente in sibi dētes ex aliqua causa,  
vel quia exerū sunt, ut sedisse S. Hieronymū  
relatatur. *Glossa in cap. qui partem verbo; digitū huc  
distinet. vel quia illis opus habuit; ut pro glan-*  
*de plumbea in sclopa sternendis hostibus in-  
servirent, quod non semel contigit nostris Lu-  
sitaniis in obſidionibus Indicis, ut refert Maf-  
feius lib. 11. fol. 218. & legiſſe in iſdem histo-  
rijs scribit Lessius de iustitia lib. 2. cap. 9. dubio. 14.  
nam. 100. Neque p̄t̄ermittam de eadem re  
venustissimum, & accutissimum epigramma  
apud Iacobum Bidermanum lib. 3. Epigram. 9. ubi  
polt multa ita concludit.*

### IX.

*Que novus iratus manibus furor arma ministrat?*

*Ore sibi ut possit tela parare parit.  
Pralia quis nostris prefert Sansonia? Sanson  
Maxilla, nostri pralia dente gerant.*

Neque minori carminis concinnitate, & ele-  
gantia, eandem Lusitani militis audacissimam  
strenuitatem, facinusque memorandum def-  
cripsit. Augustinus. *Mascardus Sylvarū lib. 1. fol. 47.*  
*Miles Lusitanus ex Masseio.*

*Exiuit hostili vallatus ab agmine miles;  
Dum premique numero victus, & arma cupit.  
An ne sibi hoc, dixit, voluit fortuna licere?  
Scilicet illa mihi Martis ademit opem?  
Ira ingens tolunt-est; ira stimulante, minister  
Dens vita, mortis vulnera dura geret.  
Sic ait, & dentem decussum vibrat in hostem,  
Dente minor, tantis maximus exuvij.*

Dens flammis permixtus abit, thalamoque latentes  
-dintsequi Pedoris, & vita depopulatur opes.  
Disce quid ira queat; peccatum commutat in Etnam,  
Et vomit ore ferocia lava per artua globos.

Secundum corollarium. Surdastrōs, id est  
3. equi non bene audiunt, & expeditēs item eos  
-quirati quas auriculariū particulas vel amise-  
-runt, vel habent corrossas non esse irregularēs.  
Defectus risentent expresse Mayolus citatus n.  
m. 11. Gressijs lib. 4. cap. 17. num. 51. decision. aut. Vivald.  
-sapra num. 156. De auricula vide Gayrum in Thé-  
saure lib. 6. cap. 8. nam. 17. Navarr. lib. 5. cons. 75. de-  
-finita excommunicata. Henr. lib. 14. cap. 8. num. 3.  
Avila de censuris disp. 51. sect. 3. num. 13. ad medium;  
-tibi addit. non opus esse ut sacerdos audiat sibi  
-ministrium respondentem, satis enim est quod  
-moraliter sit certus illum respondere.

Tertium corollarium. Defectum digitorum  
4. in pedibus aut in manibus citra deformitatem  
non facere irregularēm probat Sayrus citatus,  
m. 19. Barbā tingentes esse irregularēs tradit  
-Mayol. lib. 1. cap. 21. vers. uis. quem refutat Cam-  
panille diversi iuris Rubrig. 11. cap. 17. num. 99.

### CAP. Praecepta. XII.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Capellania potest dari in titulum.
- 2 Dicitio propter quid significet?
- 3 Gregorius Lopez nostram Glossam se-  
quitur.

**I**N vers. Stephanus ibi Colla-  
tam dignitatem. Ponderat Paulus  
Fuschus de visitatione lib. 2. cap. 11. numer. 2. & per illum docet,  
quod capellania datur in titulum. cap. Si quis  
dat. 1. questione 3. quia est beneficium ecclesiasticum. Clement. dispensiojam, de iudicijs, namque  
habet spirituale annexum, cap. Si quis abiens. 1.  
quast. 3. Imò appellatione capellarum venient  
etiam, & ipsæ parochiales ecclesias; cap. Existi-  
pande, de probandis, Abbas in cap. ex posuisti, num. 6.  
eodem titul.

**Ibi propter.** Quæ dictio importat nō  
solum causam proximam,  
sed etiam remotam, Calderin. conf. 232. numer. 2.  
vers. & pro hac parte, ubi dicit quod promissa  
remissio per locatorē conductorī, propter  
bellum, debet fieri etiam si bellum sit remotū,  
concordat. Bald. conf. 329. numer. 2. verl. & id  
attendenda lib. 1. post alios Fuschus tom. 2. littera D.  
conclusione 346.

**In Glossa verbo. Inferiores.**  
Docet *Glossa*, non posse militem esse, qui ca-  
ret testiculis, quam sequitur Greg. Lopez par. 2.  
iunct. 21. l. 12. *Glossa* 4. argumento textus in l. qui  
cum uno, ff. de re militari.

### CAP. Si evangelica. XIII.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Quæ ira à Christo Domino prohibita?
- 2 Rachā quid significet?
- 3 Tractante hoc capite authores de capitib  
autiūtib vitiis, ad irregularitatem.
- 4 De feclis capillorum, ut plurimum, non  
facit irregularē, ubi de tonsura cal-  
vorum.
- 5 Oculo utroque orbatus est irregularis,  
item cache.

6. Qui caret dextro, vel sinistro oculo, est irregularis.
7. Qui caret virtute videndi dextro oculo, non est irregularis.
8. Qui caret virtute videndi in sinistro, an sit irregularis?
9. Carens naso, & manibus, est irregularis, quid de alijs vitijs nasi?
10. Surdus, & carens aure aliqua est irregularis, quid de surdastro, & carente auriculis?
11. Os distortum habens, corroso labia, ite elinguis, & mutus sunt irregulares.
12. Edentulus non est irregularis.
13. Lex generaliter loquens, generaliter intelligenda est.
14. Regula Canonistarum circa irregularitatem.
15. Sacerdos contumeliosus in suum Episcopum, an sit deponendus?
16. Quid si Episcopum interficiat, aut religiosus superioreme

**I**N textu, ibi, Si euangelica. Allusio est ad illud Christi Domini Matt. 5. nu 22. Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, qui locus mire vexat interpretes, cum videant non omnem iram esse peccatum. Nam Sanctus Paulus Adororum 23. nu. 3. D. Petrus Actorum 8. nu. 20. Imo Christus Dominus Matth. cap. 15. num. 7. & cap. 22. num. 18. atq; alijs locis fuisse videntur irati. Vnde S. Irineus lib. 4. cap. 27. S. Iustinus in epistola ad Zenam, & Serenum de vita Christiana Chrysost. homil. 7. in Matth. Imperfect. homil. 2. in eundem, S. August. lib. 1. de sermon. Domini. Theophil. & Euthym. in commentariis huius loci, explicant, non irascendum temere, & sine causa, quomodo Christus, & Apostoli irasci non poterant. Verum hanc explicationem non probat Maldonatus eo loco, sed de appetitione vindictae, quæ tendit ad homicidium, id est de voluntate occidendi, Christum Dominum loquutum existimat; quæ voluntas, & appetitio sive cū causa, sive sine causa, semper mortal is est, cum nunquam liceat velle homicidium; ita etiam Lessius lib. 4. de viuente temperantia, cap. 4. dubio. 4. numer. 26. & allegat. Salen. 22. quæstione 158. articul. 3. ad secundum.

**In textu, ibi, Ut si Racha.** Verba Christi d. cap. 5. num. 22. sunt. Qui autem dixerit fratri suo Racha reus erit concilio. Existimat non pauci Racha idem esse Syriaca, ac hebreæ

lingua, quod in latina pronomen, tu, nec plus ibi dixisse Dominum, quam monstrasse contemptum illum, quo alios despicientes dicere solemus; Abi in lusitanæ, Andar daby; ita Chrysostomus Theophil. & Euthym. hic. Sanctus Augustinus lib. 1. de sermone Domini, putat esse vocem significantem pauperem, mendicabulum, ita etiam Iansenius. Quo etiam sensu dicere solemus Lusitani. He hum pedintaō, idque per contemptum Plautus dixit in aulular, hominum mendicabulum. Addit S. Augustin. accepisse se, aliquando ab Hebreo docto, vocem Racha esse interiectionē despicientis alios, & nihil facientis, ut latinis Hem. Ita etiam credidere S. Gregorius lib. 11. in Job. cap. 4. & Rupertus in hunc locum Matib. Sed existimo cum Maldonato citato Racha Chaldaicā, vel syriacam vocem, levem, & inconstantem hominem significare; Lusitani dicunt Andar que sois hum cascavel. Est autem nostris, cascavel, crepitacillum illud, quod viverris e collo suspendit, dum cuniculorum foraminibus immittuntur, quod quia nullius ponderis, & vacuum est, ansam præbuit Lusitanis, ita appellandi hominem nullius cerebri. Vide etiam quæ scripsit Lessius proximè citatus, in hanc rē, videri etiam possunt Angelus Caninius de locis novi testamenti, Guido Fabricius in lexico Syrochaldaco, Barradas in concordia tom. 2. lib. 7. cap. 17. §. 8. heraa.

**In textu, ibi, Illi, cui erutus est oculus.** Spatiatur hic nimium Canonis. Theologi, & summiſtæ occasione huius capituli in numerandis vitijs, quæ in ore videri possunt, & irregularitatem certam, aut dubiam videntur inducere. Dicam breviter, & ego de hac re, ne annotatoris videar metas transilire; vitia igitur quæ cernuntur incipite à collo usque ad summum verticem incipiendo ab extima capituli superficie sunt.

In capillis. Horum defectus non facit irregularē, nec in capite, nec in palpebris, aut mento, nisi nimiam afferant deformitatem, ut ex morbo aliquo infami, & Gallico prodierit ipsa alloplesia, id est defectus capillorum. Sayrus in Thesauro lib. 6. cap. 9. numer. 6. Hinc fit, ut calvi ad ferendam tonsuram, id est coronā nō teneātur, cum careant capillis, & impossibiliū nulla sit obligatio cap. nemo, de regul. iuris in 6. & impossibilium, ff. de regul. iuris. Tenent expresse Clarus in pract. crimin. quæstione 36. num. 17. Hippolit. Bonacose inter communes opiniones, verbo. clericus Nicolaus Vign. lib. 3. methodi iuris cap. 2. de privilegijs, & rebus clericorum, regul. 25. vers. Quinta replicatio, Sanch. lib. 7. de matrimonio, disp. 46. num. 9. Vnde deobligantur in Lusitania à ferenda tonsura ea magnitudine, quā requirit ordinatio nostri Regni lib. 1. tit. 2. §. Os clergos.

**In ocu-**

**5** *In oculis.* Orbatus utroque, & cæcus, irregularis est, nec celebrare potest, si in cæcitate sit ordinatus. *D. Thom.* 3. part. q. est. 82. art. 10. ad tertium Sotus in 4. dist. 13. questione 1. art. 10. ad tertium, sum. *Pizanella* verbo, *punctatus corpore*, *Sylv.* ubi, quast. 6. Tabiena num. 2. §. 21. *Astensis*. part. 1. lib. 4. tit. 13. art. 2. & part. 2. lib. 6. tit. 2. p. q. 6. *Mayol.* lib. 1. de irregularit. cap. 20. numer. 6. *Sayrus* in *Thesaurus* lib. 6. cap. 8. num. 5. *Suarus* de *censuris* disp. 5. sectione 3. num. 13. *Avila* de *censuris* part. 7. disp. 3. dub. 3. *lex* hoc conclusione. Summus Pontifex aliquando dispensavit cum cæco, ut ordinaretur sacerdos, celebraret, imo esset Episcopus. *Lege Sotum* num. 4. dist. 9. q. 1. artic. 2. qui testatur se vidisse Episcopum cæcum quod die Trenti celebrantem, refert etiam *Avila* citatus *Henriq.* lib. 14. de irregularit. cap. 8. num. 2. ubi in comment. littera M. ait se vidisse plures cæcos dispensatos ad celebrandum; lege quæ de Roberto Scoto, Archiepiscopo Armacano, Hibernie Primate, à pueritia cæco, ac Iulij Tertij legato scribit *Surius* anno Domini. 1551. Item *Mayolus* citatus. Hunc etiam appellat à puero cæcum *Nicolaus Orlandinus* in *historia societatis Iesu*, lib. 3. num. 6.

**6** Qui caret aliquo ex oculis, etiam est irregularis, quia caret membro principali. Ita Doctores citati *Sayrus* num. 7 in fine, *Avila* dub. 1. §. hinc sequitur. *Suar.* d. disp. 51. sect. 3. num. 11. nec distinctionem admittit dextri, vel sinistri, dummodo carentia sit alicuius. Vide *Rebus. in praxi* 2. part. iii. de dispensat. cum corpore vitiatis nu. 11.

**7** Qui caret virtute videndi in dextro, sed integrum habet oculum, & sanum non est irregularis; ita iudicem Doctores *Sayrus* *Avila*, *Surius*, citati, *Navarr.* in *Manuali* cap. 27. numer. 199. vers. quarto dicitur, *Henriq.* lib. 14. de irregularit. cap. 8. n. 2. *Valent.* tom. 4. disput. 7. quest. 19. punto. 3. Verū intellige si videat sinistro.

**8** Qui caret virtute visiva in oculo sinistro, hæc oculum habeat sanum, & integrum ex sententia multorum est irregularis, quia caret oculo Canonis. Ita specialiter *Suar.* citatus, nu. 15. Dico tamen cum *Avila*, & *Sayro* citatis non esse irregularē, quando ita accutē cerneret oculo dextro, ut adaptatione missalis legere Canonem sine indecentia, & deformitate possit. Mecum etiam sentiunt. *Navarr.* in *Manuali* cap. 27. num. 199. vers. Quarto dico *Henriq.* lib. 14. cap. 8. num. 2. *Mayol.* lib. 1. de irregularit. cap. 20. nu. 4. vers. illa quoque *Rebus. in praxi* benef. 3. part. titulo de dispensat. cum corpore vitiatis. *Vivaldus* de irregularit. num. 142. summ. *Corona de irregularit.* numer. 4. vers. 6. Nec dissentit *Shar.* d. num. 15. cum in fine addit, hanc opinionem practicē esse probabilem. Extera oculorum vitia, ut maculae, albugines, & quæ sunt huius generis, si faciat de formem, & horrorem generent, irregularitatem parvint, ex ijsdem Authoribus; si vero

deformitas non sit, ut aliquando non est in strabonibus, & eos, qui salientes, sive emissios habent oculos, pertinebit ad iudicium Episcopi. *Sayr.* d. cap. 8. num. 11. & 12. *Avila* part. 7. disput. 3. dub. 1.

**In naso.** Quem scilicet natura ex *Plinio* 9 *naturalis historie* lib. 11. cap. 37.

eminere tantum in hominibus fecit, ut præcipuum, & pulcherrimam faciei partē, & in qua vitia statim oculis deprehendantur, igitur qui illo simpliciter carent, sine villa controversia irregulares sunt; Item qui naribus, dicimus *Lusitani ventas*. *Tabiena*, verbo, dispensatio nu. 13. *Mayol.* lib. 1. de irregularit. cap. 22. n. 2. *Vivald.* tractat de irregularit. num. 152. *Henriq.* lib. 14. de irregularit. cap. 8. num. 3. *Sayrus* de *censuris* lib. 6. cap. 8. numer. 14. *Avila* part. 7. disp. 3. dub. 1. De naso nimis longo, nimis brevi, & distorto, dicitur *Levit.* 21. nu. 18. Non accedit ad ministerium eius altaris, si cæcus fuerit, si claudus, si vel parvo, vel grandi, vel toro naso. Intellege cum ibi scribentibus, ita ut deformitatem, & horrorem gignat, & cernentibus pro ridiculo sit, ut ille aliis, de quo *Martialis* lib. 13.

*Nasutus sis usque licet, sis denique nasus.*

*Quantum noluerit ferre rogatus Atlas, &c.*

Vbi videndus *Raderus*, & qui scribunt ad *Cattulli* epigramata, ubi illud de amica *Formiani*.

*Salve nec minimo puella naso.*

Proderit etiam adire sacros interpretes ad locum *Cantic.* 7. num. 4. *Nasus* iuus sicut turris David. Verum iudicium deformati nasi, an irregularitatem inducat dicit *Eiscopus*.

**In auribus.** *Surdus* qui nullo modo potest audire, est irregularis, non vero qui male audit, id est surdales, utrumque testantur *Mayol.* num. 1. *Vivald.* nu. 156. citati, item *Graff.* lib. 4. c. 17. n. 50. to. 2. decis. *Avila* ubi supra, *Sayrus* ubi supra num. 17. *Surius* disp. 51. sectione 3. num. 13. citato. Intellige si utramq; habeat aurem. De auriculis, id est, illa cartilagine, quæ aures circundat, dico causare irregularitatem, si omnino sint amputatae, ita *Sayr.* num. 17. cum multis. Idem credo de parte notabili, putat tamen *Avila* citatus dub. 1. cu. *Henriq.* quem ibi refert, amputationem auricularum, si capillis commode tegi possunt, non facere irregularē, quod non admitterem, nisi cum sine mutilati culpa id accideret, imo nec tunc auderem, sed admittunt *Sayrus* *Henriq.* & *Vivald.* locis proximè allegatis.

**In ore.** Qui os nimis distortum habent, & in aliquam ex auribus protractum, certum est esse irregulares. Item qui labia habent corroso, & sugendis, continens disque vini speciebus inepta, ita *Mayol.* de irregularit. lib. 1. cap. 23. *Vivald.* de irregularit. num. 151. *Henriq.*

*Henriq. lib. 14. cap. 8. num. 3. Sayt. lib. 6. cap. 8. num. 15.*  
*De cæteris labiorum vitijs inspiciet, & iudicabit episcopus. Huc pertinet carentia linguae, quæ illi omnino avulsa est, vel ita impedita, ut verba formare non possit, nam tunc irregularitatem inducit. Ita S. Thom. 3. part. quest. 82. artic. 10. ad tertium. Tabiena, verbo, corpore vitiatis, nuns. 2. §. 1. Mayol. lib. 1. de irregularit. cap. 26. n. 2. Vivald. n. 162. Graff. tom. 2. lib. 4. cap. 27. num. 50. Henriq. lib. 14. cap. 8. num. 2. De blesis, & qui caninam litteram (id est R. sic à rodendo dictam) formare nequeunt, dicunt ijdem Authores non esse irregulares, & credo, si aliter non iudicet Episcopus.*

**12 In dentibus.** *Dixi supra capit. 2. De eorum usu, necessitate, & venustate in corpore humano satis Aristoteles lib. 3. de partibus animalium capit. 1. & lib. 2. de generatione animalium, cap. 4. & lib. 5. eodem titul. cap. 8. Item in problemat. questione 65. sectione 10. Philo iudeus lib. de specialibus legibus, S. Gregorius Nicenensis oratione. 7. in Cantica, congerunt multa scribentes ad cap. 49. num. 12. Genesis, ibi, Dentes eius lacte candidiores.*

**13 In textu, ibi, Suis exceperisse regulis.** *Nam cum lex generaliter loquitur, generaliter etiam explicanda est l. non distinguemus, ff. de recept. arbitr. l. 1. §. Generaliter, ff. de legat. praestandis, l. de pretio, ff. de publiciana in rem actione; ubi Glossa plures concordantias facit, Glossa etiam hīc verbo exceperisse citans cap. consulisti 2. quest. 5.*

**14 In textu, ibi, Adipisci nō potest.** *Eruunt ex hoc textu notabilem regulam nostri Canonistæ, nimirum defectus omnes supervenientes iam ordinato, qui impedirent ordinem superiorem nōdum ordinato, facere irregularē simpliciter ad eum ordinem, quem nondum accepit. Paulus de irregularit. 5. part. tit. de corpore vitiatis. num. 4. Sylvest. verbo, corpore vitiatis, num. 3.*

**15 In textu, ibi, Sacerdotē propriū.** *Querunt occasione huius textus Doctores, an deponendus sit, & tradendus curiæ seculari clericus in sacris, qui contumeliam, vel iniuriam intulit in Episcopum proprium? Non credit Glossa in cap. Si quis sacerdotem, verbo, mox tit. questione 1. & in cap. si qui sunt, verbo, vituperatores 2. questione 7. in cap. novimus, verbo, traduntur, de verbis signific, quod tamen intellige, nisi clericus sit irregularis, ita etiam Panormit. in citato cap. atsi clerici, ubi ait esse Doctorum communitem.*

**16 At quid si Episcopum suum occidat? Scio**

ob mortem sacrissæ sacerdotis Sancti Petri, interfæti à quodam sacerdote, ut eo sublato liberius bona ecclesiæ deprædaretur, ipsum interfectorem fuisse curiæ seculari traditum à Martino V. ut interficeretur. S. Antonin. 3. part. titul. 28. de suspens. cap. 4. in fine, Sylvest. verbo, degradatio, num. 4. quest. 2. Bernard. Diaz in practic. crimin. cap. 90. ubi tradit degradatum fuisse etiam alium sacerdotem ab Episcopo Parisiensi, Franciscum Pericher, & à iudice seculari, amputata primum manu, occisum ob mortem alterius sacerdotis anno 1530. Hispali quoque mense Julio anno 1536. religiosos tres, certæ cuiusdam familie regularis (quam honoris causa prætero, nec laudo Bernardum Diaz hos, & religionē nominasse loco citato) Cardinalis Archiepiscopus seculari curiæ tradidit, quod Provinciale suū impiè occiderint, quos primò litteram longam in suspendio, ut ille alter lusit, factos, tandem eadem curia interficiendos curavit. Vide etiam quæ de alio sacerdote moniale violante, scribit Vivald. tract. de depositione, & degradacione, numer. 23. Hic tamen non obstantibus crediderim consideratione opus esse magna in hac re, & consuendum omnino summum Pontificem (nisi iam ipse clericus esset incorrigibilis) à quo nō dubito huiusmodi curiæ seculari tradendū, ac meritissimo suspendendū ab ordine. Ita post Anan. in c. 2. ne cleric. pugnant. in duello in fin. Anton. & Aretin. in cap. cum non ab homine, col. 9. in fin. de iudiciis, Decius in cap. atsi cleric. col. 23. vers. & predictam de iudiciis. Arnald. Albert. in cap. quoniam, colum. 124. vers. Nihilominus de heret. in 6. quod ibi, refert, tenet idem Bernard. Diaz loco proxime citato. De clero in minoribus nulla mihi dubitatio est, tradendum statim curiæ seculari.

**In Glossa verbo, invitus.** *Agit Glossa 17. utrum sponsa vi cognita, possit ingredi religionem intra bimelle sibi concessum? De quo vide Sylvest. verbo, divorcium questione 5. numer. 8. ubi Armilla numer. 6. Peres lib. 5. ordinam. titul. 1. leg. 1. folio 12. vers. circa præmissa. Gregor. Lopez part. 4. titul. 1. l. 4. Glossa final. Valasc. consultatione 29. numer. 5. tomo primo. Barbosa in Rubrica de soluto matrimonio 2. part. num. 106. Covar. in 4. Decreti 2. part. cap. 7. §. 4. n. 10. Henr. in sum. lib. 11. de matrimonio cap. 8. numer. 10. tradit latius Sanchez tomo primo de matrimonio lib. 2. disputat. 27. numer. 5. 6. & sequentibus.*

**DISTINCTIO. LVI.**

**Ad principium distinctionis.**

**S V M M A R I V M.**

*Species illegitimarum numerantur, & authores de his agentes.*

**2 Expositi an inter hos numerandi?**

**3 Illegitimi quibus modis legitimantur,**

**4 Papa an possit legitimare pro civilibus  
in toto orbe terrarum?**

**5 Quod tempus inspicendum ad prolis legiti-  
mitatem, vel illegitimam?**

**& num. 6.**

**O**mninis est ista irregularitas, quam sibi presbyterorum filii incurunt, omnibus, qui ex legitimo matrimonio nati non sunt. Porro illegitimarum species numerantur quatuor, naturales, nothi, spurijs, mazeres. De naturalibus est L. penult. & fin. s. de conceb. iuncta. Si quis officium, ss. de ritu nupt. e. scribentes. De nothiis, Glossa in cap. Per venientiam, verba, naturalibus qui filii sunt legitimi, & ab Hostiens. De spurijs est Institut de nupt. §. Si adversus, De mazebus Sayr. lib. 6. Thesaur. c. 10. num. 10. De omnium inhabilitate ad ordines, & beneficia ultra scribentes ad titul. de filiis presbyterorum in 6. videbis Hostien. in summa eode tit.

**C**orras. de benef. 3. part. cap. 2. Trotum de vero, & perfecto clero, lib. 2. cap. 1. & 2. Rebus. in praxi tit. de dispensatione super defectu naturali, Lambertin. de

tit. de patronat. p. 1. lib. 2. q. 7. art. 11. Gregorii Tholosan. in fragm. iuris p. 2. lib. 10. c. 3 Villadiego de irregu-

laritate c. 10. Mayol de irreg. c. 1. usq; ad 10. Bernard. Diaz in practic. crimin. cap. 14. & ibi Salzedo, Mandisi. de signatura gratiae, tit. de dispensat. super defectu

naturale, Paleorum de nothiis, & spurijs, praesertim cap. 57. Monach. lib. 2. de arbitr. casu 201. à num. 35.

Flamin. de resignat. benefic. lib. 4. questione 4. num. 8. & sequentibus. Vgolin. de irregularit. lib. 12. capit. 44. tit. 6. 1. part. Navair. in Manual. cap 27. num. 201.

& conf. de filiis presbyterorum. Summissas Angelum. Sylv. Rosel, Tabienam, Armillam, verbo, illegitimus,

Candolabri. tit. de irregularit. à nu. 107. & deinceps, & in append. cap. 2. de illegitimiis. Ludovicum Lopez

instruct. conscientie 2. part. cap. 23. tom. 2. Emman Rodriguez. in summa tom. 1. cap. 16. & question. Regular.

tom. 1. quest. 13. Petrum Ledesma in summa de matrimoni. cap. 34. Sayrum lib. 6. Thesaur. capit. 10. & 11. per totum Gartiam de benefic. part. 7. capit. 1. & 2.

Graffli. 4. decis. cap. 27. à nu 52. Sot. inq. dist. 25. q. 1.

art. 3. Theologos societatis Iesu. Henr. lib. 14. de irregularit. cap. 8. numer. 10. Tolci. in summa lib. 1. cap. 58. ubi Vitorellus eius additionator. Suarium de censur. tom. 5. disp. 50. Ayilam de censuris part. 7. disp. 3. dubio. 6. & sequentibus, apud quos plures invenies.

Expositos numerados esse inter irregulares, propter presumptionem illegitimitatis, tenent, Covar. in Clement. si furiosus 1. part. statim in principio num. 9. Ludovic. Lopez 2. part. instruct. cap. 23. Canabrum aureum ut de irregularitate, à num. 2. Salzedo additionator ad Bernard. cap. 14. littera C. vers. sed huic loco Mayol. de irregularit. cap. 11. Vgolinus eodem titulo cap. 44. §. 7. nu. 1. Castillo lib. 2. quotidianarū controversial. cap. 19. num. 51. Emman. Rodriguez. tom. 1. sum. cap. 16. num. 1. Sayrus in Thesaur. lib. 6. cap. 10. num. 11. 39. ad finem ubi allegat. Angel. in l. professio Cod. de testament. Alciat. lib. 3. de presumpt. presumptione 1. num. 12. Garc. de benef. part. 7. cap. 2. à numer. 8. Henr. lib. 11. cap. 20. num. 2. & lib. 14. cap. 8. nu. 10. Vasquez 1. 2. disp. 66. num. 48. Tolet. in summa lib. 1. cap. 58. num. 7. Auila de censur. part. 7. disp. 3. dub. 9. Rebellus de obligat. iustitia 2. part. lib. 1. questione 2. num. 15. Negat pro illegitimiis habendos Avila in cap. 1. numer. 11. de infantibus exposit. Felix. in cap. cum deputati num. 1. de iudic. Bermon. de public. concubinar. verbo, qui etiam filios, num. 90. Paleorus dicens, receptam opinionem tradit. de nothiis, & spurijs cap. 63. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu. 396. Ioann. Vela de paenit. delictor. cap. 9. Salas 1. 2. tit. 8. disp. unica sectione 24. num. 246. probabilem iudicat. Suar. de censur. disp. 50. sect. 4. num. 4. Veriorum appellat de rigore iuris Sayrus a. lib. 6. cap. 10. n. 39. & quidem ita iudico, licet valde mihi placet moderatio apposita à Suario citato, num. 4. ad medium, ubi ait petendam dispensationem ab Episcopo, qui illam facile praestabit, conformando se huic secundæ sententiae, quæ ut dixi, de iure verior est.

Illegitimi legitimantur ad effectum abolidæ huic irregularitatis, ijs modis, quos recebet, Suarius disp. 50. sect. 3. per totum Sayr. d. lib. 6. Thesaur. cap. 11. per totum. Garcia de benefic. part. 7. cap. 1. num. 70. ubi latè referunt Doctores de hac materia tractantes.

Gravis, & antiqua quæstio est. Vtrum summus Pontifex legitimare possit ad civilia pro toto orbe christiano, ut potest ad ecclesiastica? Et procedit hæc quæstio, cum dispensatio sit, ut matrimonium contrahatur inter eos, qui tempore habitæ prolis inhabiles erant ad validè contrahendum, putâ, quia consanguinei intra quartum gradum, sed postea validè contrahut cum decreto legitimacionis prolis habitæ, & habenda. Negant prolem habitam tempore impedimenti, dispensantis legitimari ad civilia per Papam extra terras ecclesias, per clausulæ legitimantem illam, licet dispensatio fiat in radice matrimonij, Molin. de primog. lib. 3. c. 2. p. 11. 21

*Nunada ad Gregor. Lopez. in l.2.tit.15.parit.2.Glosfa 10.num.7. Peregrin. de fideicomiss. art. 24. à num. 70. Ludovic. Lopez. instruct.2. tom cap.ult. conclusio- ne 3. Sanches lib.8.de matrimon. disp.7.num.14. Funda- menta latè proponit idem Sanches citatus. Contrarium tenet Guilhelms. Benedictus in cap. Raynumius, verbo, & vxorem 1. à num. 202. Henrig. lib.7.cap.13.num.5. in fin. Garcia de benefic. p.7. cap. 1.num.40. ubi plures decisiones Rotæ pro hac parte adducit, in una tamen, quæ incipit Pro illegitimitate, §. Verum aliqui ex dominis, &c. hæc quæstio ex professo disputatur, vide ibi.*

5 Non minus gravis, & dubia est difficultas, à quo tempore proles censenda sit legitima, naturalis, vel spuria? à tempore conceptionis, an nativitatis? v. g. concepta est proles inter duos consanguineos in gradu dirimenti, sed tempore nativitatis ex dispensatione, iam va- lide contraxerant, vel tempore conceptionis habiles erant ad cōtrahendum, tempore vero nativitatis inhabiles ex superveniēti dirimēti impedimento. Prima sententia tenet, inspiciēdū tēpus bono prolis accōmodatiū, sive sit conceptio sive nativitas; argumēto textus in, §. sufficit. Inst. de ingenuis, & in l. nuper. C. de naturalibus li- beris, & in Authēt. quibus modis naturales efficiātur sui, §. tribus. Host. Ioān. Andr. Cardin. & Collectar. in c. tā- ta, qui filij sunt legitimi. Salycet. in l. nuper, citat. Greg. Lopez. l.2.tit.15. p.2. verbo, si no el hijo, vers. Sed pone, & l.1.tit.13. p.4. verbo, casa, Rojas de succe- sionibus ab intestato cap. 7. n. 38. Alvarad. de coniectu- rata mente defunct. lib.2.c.3.n. 66. Spino de testamēt. Glosa 15. nu. 118. Fachineus controvers. lib.3.cap. 50. Ludovic. Lopez. instruct. tom. 2. cap. 57. Covar. in 4. 2. part. cap. 8. §. 2.n.2. ubi alij. Molin. de iust. tract. 2. disp. 172. Sayrus d.lib.6. Thesauri cap. 10.nu. 29. ubi plures vide. Morquecho de bonorum divisione lib. 4. cap. 6. num. 18. & 21. Sanches de matrimon. lib.8. disp. 7. num. 19.

Secunda sententia ait, ex conceptionis tem- pore summendum esse, prolem esse naturalē, vel spuriam, aut etiam legitimam, sequuntur Cynui, & Paulus in l. cum ex libera C. de suis, & legiti- mis heredib. Paulus. & Albericus in l. Paulus. II. ff. statu hominis Salycet, in l. & si contra Cod. de nupt. & in l. filius C. de suis, & legitimis heredib. Anton. in tract. de legitimat. col. 8. & 9. Mayol. de irregularit. lib. 1. cap. 4. n. 14. videntur tenere Bart. in d. l. Paulus, sequi- tur intrepidē Bald, Angel, & Peregrin, quos refert & sequitur Garcia de benef. p.7. cap. 1. nu. 36. & 38. Probabiliorē appellat Suar. de censur. disp. 50. sect. 1. n. 3. Rationes optimas pro ea adducit Sarmiet. lib. 1. selectar. cap. 1. à nu. 10. quibus certe motus Covar. in ultimis edit. aliquantulum dubitauit de opinione sua. Ego certe proli faverem, cum prima sententia.

## CAP. Presbyterorum. I.

## S V M M A R I V M.

- 1 Filiij presbyterorum sunt irregulares.
- 2 Hæc irregularitas tollitur per professio- nem religionis approbatæ.
- 3 An tollatur per vota biennij societatis Iesu?
- 4 An expulsis à religione professis, vel post vota biennij à Societate hæc ir- regularitas reviviscat.
- 5 Professio non tollit irregularitatem ad dignitates.
- 6 An filiorum nomine in odiosis, veniāt nepotes?
- 7 An nepotes presbyterorum ex hoc solum sint irregulares?
- 8 An possint auo immediate succedere in beneficio?
- 9 An nepos nō legitimus possit succedere auo presbtero ex testamēto? & n. 10.
- 11 Locus non sanctificat?

## I N textu, ibi, Presbyterorum.

I Pares sunt filij presbyterorum illegitimis (nam de legitimis dicam in cap. Canomanē- sem hac dist.) ac omnes alij, qui legitimi non sunt; de quibus in titulo huius distinctionis, circa textum, vide latissime Cenedo ad Decret. collect. 62.

In textu, ibi, Nisi aut in coe- 2 nobijs. Tollitur hæc irregularitas ipso fa-eto per professionem, in approbata à Sede Apostolica religione, Glosa hic verbo, presbyterorum, & in cap. fin. verbo, Sedis Apostolica in fin. de filijs presbyteror, & alijs locis, quos Glosa, congregat. Palud. in 4. dist. 41. quest. 3. art. 2. con- clusione 2. S. Antonin. 3. part. tit. 29. de irregularit. cap. 4. circa medianam summa confessio. lib. 3. titul. 19. quest. 2. Sylvest. verbo, illegitimus quæstione 6. Angel. ordo 3. num. 13. Tabiena ordo 4. post medium. Navar. in Man. cap. 27. num. 201. vers. Decimo dico. Vivald. de irregularit. numer. 126. Phyliarc. de oficio sacerdot. lib. 5. cap. 8. Angles in floribus 4. sentent. in sacramēt. ordinis, artic. 4. Graff. lib. 4. cap. 27. numer 54. Sayrus lib. 6. Thesauri cap. 11. num. 3. Emmanuel Rodrig. tomo 1. quest. regular. quæstione 13. artic. 1. Ioann. de Cruce de statu relig. lib. 1. cap. 6. dub. 18 conclusione 2. Henrig. lib. 14. cap. 8. num. 10. ubi Comment. littera Z. plures refert. Tolet. lib. 1. summa cap. 68. num. 2. Valent. tom. 4. disp. 7. quæstione 19. punct. 3. §. 2.

Avila de censur. part. 7. disp. 3. dub. 7. §. Quinto notandum Suar. de censur. disp. 50. sectione 5 num. 12. cum alijs, quos apud eundem leges. Reginald. lib. 30. tract. 2. num. 18. novissimè omnium Sanches to. 2. Decalog. lib. 5. cap. 5. n. 12. apud quem alij.

3 Dicunt Henr. lib &c. proximè allegato, & Sanches citatus num. 13. tolli etiam hanc irregularitatem per vota biennij Societatis Iesu, quia ea verè voventes constituunt religiosos ex declaratione Gregorij Bullæ. Ascendente Domino, præcipue cum textus non requirat fieri religiosum per professionem solemnem, sed tantum fieri religiosum per quæcumque vota id fiat, Emmanuel Rodrig. citatus tom. 1. question. regular. questione 13. art. 1. putat hanc irregularitatem tolli etiam per educationem in Religione approbata, cum animo illam profitendi, item per ingressum in ipsam religionem, per tyrocinium, sed non placet, nec etiam cum limitatione reincidentiæ, quam ibi apponit, optimè illum rejeicit Sanches citatus numer. 12. Tu illum vide.

4 Questio est. An ita extinguatur ista irregularitas ex defectu natalium per professionem, & per vota biennij in Societate, ut nec in expulsis ante ordinationem, sed post professionem, aut vota biennij illa irregularitas non perseveret, sed iij ordinari possint absque aliqua dispensatione extra religionem? De professione id non est dubium, cum semper professus licet expulsus, sit verè religiosus. De expulso non professo à Societate, idem contendit Sanches citatus numer. 14. Sed non puto, quia hic amittit statum, ratione cuius ei tollitur irregularitas, neque enim talis, quo tempore ordinari debet, iam est religiosus, sed pure sacerdotalis. Addo quod hac ratione fraudaueret legibus ecclesiasticis, nam cum expulso à Societate sit frequentissima, & aliquando ex causis non ita gravibus, possent illegitimi post emissâ biennij vota, procurare, consequi demissionem, cum iam ordinari possint. Certè non ego primus experiar, & practicabo Sanches opinionem, imò puto eam bene consideratam tandem displicitram Generali Societatis, ob occasionem, quam illegitimis offert demittendi religionem; sed nihil diffinio. Illud solù hoc loco adverto questionem hactenus excitatam, habere similitudinem cum illa questione, quæ Aloys. Ricc. in praxi aurea resolut. 311. dicit novam, & à nemine agitatam. Vtrum, scilicet, irregularitas sublata per ingressum religionis, & per professionem in eadem religione factam, iterum reviviscat in eo casu, in quo professio per superiorem annulletur? Cuius questionis affirmativam partem amplectitur, asseritque illam irregularitatē reviviscere. v.g. Petrus irregularis ingressus est religionem, & post clausos

quinq; annos affirmavit se per vim, & metum professionem emisisse, ideoque talis professio per superiorem pro nulla, & irrita fuit declata. In tali casu egrediens Petrus à monasterio manet ut antea, irregularis. Quam conclusiōnem citatus auctor quinq; probat rationibus, quas vide loco allegato.

Dubitabis an per professionem in religiōibus tollatur etiam irregularitas ex naturali defectu circa dignitates obtainendas. Negativa pars est certa, eam tuentur Sayr. de censur. lib. 6. cap. 1. num. 3. cum multis, Suar. de censur. disput. 50. sect. 5. Sanch. tom. 2. Decalog. lib. 5. cap. 5. n. 16. contra Emman. Rodr. tom. 1. regular. q. 13. art. 5. Vnde professa monialis non potest esse Abbatissa, si sit illegitima, sine dispensatione; ita Sanch. citatus num. 19. cum multis quos refert num. 19. contra Emman. Rodr. tom. 1. regular. q. 13. art. 21. & Tabien. verbo, virginum consecratio, nu. penult. & Pau. danum in 4. dist. 41. q. 3. art. 1. nu. 14. qui nimium favere videtur huic opinioni.

### In Glossa verbo. Filijs. Quærit utrum

in odiosis veniant nepotes sub filiorū nomine? & negat; Glossam sequuntur Bart. in l. libitorum, ff. de verbor. signific. quæ cōmuniter sequuntur Iuristæ, ut refert, & probat Covat. li. 2. variat. c. 8. n. 2. Anton. Gabriel de verbor. signific. concl. 1. n. 34. Surdus de alimento. tit. 9. quest. 36. ubi plures refert Garcia regul. 205. Lara de anniversarijs li. 1. c. 6. n. 5.

5 In Glossa verbo, Filios. Quærit utrum nepotes presbyterorū sint irregulares? Et respondet negative, vide inferius in c. Cenomanensem, nu. 8. ubi doctrina ibi tradita ad nepotes presbyterorum extēditur, per Authores, quos refero, & vide Glossam in cap. ad extripandas, de filijs presbyterorum, & in cap. Apostolica, 8. q. 1.

Adde, nepotes legitimos presbyterorum ex filijs illegitimis, posse immediate succedere avis in beneficijs, nec cōprehendi in extrava. Clement. 7. (de qua dicā cap. Cenomanensem,) nec in Decret. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 15. ubi filij presbyterorum prohibentur in perpetuū à beneficijs ecclesiæ, ubi patres beneficia habuerunt ita Navarr. conf. 9. de filijs presbyterorū, n. 9. Spino de testament. Glossa 3. à nu. 23. Azor. lib. 6. p. 2. cap. 4. q. 17. Sayr. in Thesauro lib. 6. c. 10. n. 46. Gartia de benesc. p. 7. cap. 3. n. 21. Vgolin. de officio, & potestate epis. cap. 50. q. 7. n. 2. & q. 8. n. 2. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 397. num. 6. Galeit. in margarita casuum conscient. verbo, beneficium 1. Amendat. in addit. ad recop. legum Navarra lib. 2. tit. 19. l. 1. de filijs presbyter. n. 1. Contra Rebuff. de pacific. possess. a nu. 276. alias 225. Rojas de success. ab intestato cap. 20. à nu. 112. Mieres de maiorat. 2. part. q. 2. n. 25. Salzed. ad practic. Bernad. crimin. cap. 48. numer. 4. littera A. qui oppositum simpliciter sequuntur. Item contra Lessium, qui nō satis bene ibi distinguit lib. 2.

lib. 2. cap. 34. dub. 14. num. 91. de successione avi-  
ta ante mortem, non verò potest mortem pa-  
tris, adi illum.

9 Adderem hanc successionem bēne posse  
esse ex nepote illegitimo, id est, nato ex filij  
damnabili coitu, respectu avi, ita ut nepos ta-  
lis immediatè succedat in beneficio; ita tenēt  
*Glossa in cap. Apostolica 8. quæstione 1.* Gambarus de  
officio legati lib. 7. Rubrica 1. quæstione 37. ex num.  
311. & cum magis communi. Nayarr. consil. 9.  
de filijs presbyterorum à nu. 1. Quintana dueñas cum  
multis, Ecclesiast. lib. 2. nu. 95. Spino de testament.  
*Glossa 3. à num. 23.* Emmanuel Rodrig. tom. 1. summa  
cap. 29. num. 4. Vega. 1. part. cap. 36. casu 18. Azor.  
2. part. lib. 6. cap. 4. quæstione 17. Garcia de benefie.  
part. 7. cap. 3. nu. 25. ubi addit ita declaratum esse  
à congregatione Cardinalium, super Trident.  
die 1. Martij anno 1589.

10 Nec levis est coniectura posse nepotem  
etiam non legitimū auo clerico succedere  
ex testamento, l. fin. 6. de naturalibus liberis, Rode-  
ricus Soares in l. 9. tit. 11. lib. 1. fori num. 4. & l. 1. tit.  
6. lib. 3. fori §. Hec de filiorum, Anton. Gom. in l. 9.  
Tauri num. 17. Didacus Perez in l. 22. titul. 3. lib. 1.  
hodie l. 6. tit. 8. lib. 5. recipil. Dueñ. Regula 366. li-  
mitatione 2. Paleotus de nobis, & spurijs cap. 53. Co-  
vaz. in 4. part. 2. cap. 8. §. 5. nu. 11. Rojas de succe-  
sione cap. 20. Clarus §. testamentum quæstione 32. Pi-  
nel. in l. 3. Cod. de bonis matern. à num. 2. Parlador  
terum quotidian. lib. 1. cap. 16. num. 4. Valdes ad Ro-  
doricum Soares citatum, d. num. 4. ubi plures re-  
fert. Molin. de iustitia tom. 1. tract. 2. disp. 167. con-  
clusione 9. Surd. de alimento. titul. 5. quæstione 7. num.  
41. Peregrin. de iure fisci lib. 3. titul. 18. numer. 47.  
Cald. Pereira quæstion. foren. cons. 39. num. 16. Ber-  
nard. Greu. ad practicam Camerae. Imperial. lib. 2.  
conclusione 115. num. 15. Non poterit tamen ne-  
pos ex filia, vel filio illegitimo habere pensio-  
nē super beneficium avi, illo vivente, ut avitæ  
incontinētiæ arceatur memoria, ut declaravit,  
Congregatio Cardinalium super Trident. seß. 25. de  
reformatione cap. 25. quam leges apud Garciam de  
benefic. part. 7. cap. 3. num. 24.

11 In *Glossa verbo, Coenobijs, ibi,*  
*Loc⁹ nō sacerdotificat hominē.* Similia  
dixit S. Hieronymus epistola 13. quæ est ad Paulinum, ibi.  
Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse,  
laudandum est, &c. Quæ prosequens addit. Sin-  
guli quique credentium, non locorum diversitatibus, sed  
fidei merito ponderantur. De Hierosolymis, & de Br̄  
tanit equaliter patet aula celestis. S. Ambros. lib. 1.  
de paradyso cap. 4. ponderans, Euam in pardiso  
factam, Adamum nobiliorem extra paradi-  
sum, ut satis aperte dicitur Genes. cap. 2. num. 15.  
Illud autem (inquit) quia extra paradysum vir factus  
est, & mulier intra paradysum, ut advertas non loci, nō  
generis nobilitate, sed virtute unusquisque gratiam sibi

comparare, &c. S. August. expositione 2. in Psal. 29. Iob  
(inquit) in stercore est cautor, quam Adam in Para-  
diso, nam Adam in Paradyso consensit mulieri, ut de  
paradyso emitteretur. Iob. in stercore respuit mulierem,  
ut ad paradysum admitteretur, &c. Vide quæ subiū-  
git. Sunt etiam egregia verba S. Gregorij homil. 9.  
in Ezech. tom. 2. cap. 2. ubi post multa de Sancto  
Petro Apostolo, subiūgit de Loth. Loth. (inquit)  
in Sodomis sanctus extitit, in monte peccavit. Genes. 19.  
Quod autē loca mente muniunt, ipse humani ge-  
neris primus testatur parens, qui in paradyso cecidit, & si  
locus salvare potuisset Satan de cœlo non caderet, &c.  
Quæ prosequitur elegāter. Si similia habet, epist.  
45. ad Pallad. presbyt. lib. 8. Epist. ex Registr. in dist. 3.

## CAP. Hosius. II.

## SUMMARIUM.

- 1 An spurius possit esse sumus Pontifex?
- 2 In malorum filijs imitatio timetur.
- 3 Semen humanum in se bonum est.
- 4 Ex illo parentum inclinationes filijs  
communicantur.

**I**N textu. An spurius sit inhabilis ad  
Cardinalatum, vel Papatum.  
Vide Gambaram de officio legati lib. 7. ex num.  
72. & ex num. 83. Abb. in cap. per venerabilem  
nu. 5. qui filij sint legitimi. Tiraquel. de nobilitate cap.  
15. ex num. 31. plures refert Cenedo ad Decret.  
Collect. 14. num. 2. & num. 1. Plura de filijs spu-  
rijs, & illegitimis tradit, quem latissimè vide-  
bis circa textus materiam. Adde Jacobac. de con-  
cil. lib. 7. artic. 6. pag. 494.

**In textu, ibi, Parentum vitia.**  
Licet evenire posset, ut filij parentibus sint dis-  
similes, at semper presumuntur filios parentum  
mores imitatores, nam ut ait S. Albertus epistola  
59. Plures sunt iniquitatum heredes, quam virtutum.  
Ita l. quisquis, §. filij. Cod. ad l. Iuliam maiest. pro-  
bat ex innumeris Tiraquel. l. 7. connubial. part. 7.  
*Glossa 1. à num. 1.* Cassaneus in Catib. glorie mundi  
part. II. consideratione 25. Adde ulterius Chrysost.  
in cap. 25. Matth. homil. 45. in medio littera B. ab  
illis verbis Natura regula dicit, &c. D. Gregor. Na-  
zianz. littera B. S. Ambros. tom. 1. lib. de Noe, &  
arca cap. 3. Declarant optimè Poetæ cum na-  
tum à saxis, rupibus, mari, feris, dicunt homi-  
nem intractabilem, agrestem, indomitū Homer.  
Iliad. 7. Dido scribens ad Aeneā, & Ovid. 8. Meta-  
morph. & lib. 1. de tristibus elegia 7. Virgil. 2. & 4.  
Aeneid. Catul. de nuptiarum Pilei, & lib. 3. eleg. 4.  
Tibul. lib. 2. eleg. 2. & multi alij apud Muretum  
in dictum locum Catulli, Servium, Pontanum,

## Prima pars Decreti.

512

Cerdani in Virgiliū, &c. alios. Plura dabunt sa-cri interpretes ad cap. Matth. 7. Non potest arbor mala, &c.

### 3 In textu, ibi, Dei creatura est.

De semine humano, quod peritissimi Philosophi, & medici diffiniunt substantia corporeæ vivætis partem, & residuum cibi optimè concocti; leges, quæ scripserunt Tiraquel. de legibus connubial. l. 15. à numer. 12. Naclant. de vegetativa potentia Theor. 13. Vallesius de sacra philosophia cap. 13. Spinoza in problema, & alij cum Conimbricens. de generatione.

### 4 Licet semen humanū Dei creatura sit, & illud in se bonū, negandum tamē nō est pravas, aut optimas filiorū inclinations ab illo provenire, dixit optimè Ovid. 4. Metamorph.

Et patrum in natos abeunt cum semine mores.

Videndum est de hac re Macrob. lib. 5. Saturnal cap. 11. ibi Valet ad singendas, atque animi similitudines formandas vīs, & natura seminis, transcripsit totidem verbis Agelius lib. 12. noctium Atticar. cap. 1. Gregor. homil. 20. in Evangel. D. Augustin. in Apocal. homil. 14. in fine. tom. 9. Celsus. Rodigin. lib. 3. lect. antiquar. cap. 29. in fin. Tiraquel. 7. connub. part. 7. Glossa 1. numer. 2. & de nobilit. cap. 31. numer. 293. Bald. in L. Gallus 4. Quidam recte, nu. 2. col. 3. vers. in 2. Glossa magna, ff. de liber. posthum, Fulgoſius conf. 193. num. 1. Thomas Grammaticus confid. 31. numer. 6. Castro lib. 2. de iusta hereticorum punit. cap. 9. vide, quæ docte aggregat Sanchez tomo primo, Decalogi lib. 2. capit. 27. à numer. 11. 12. 13. & 14. & deinceps.

## CAP. Undecumque. III.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Vitia parentum filijs non imputantur.*
- 2 *Dictiones recte, & ritè quid significent?*
- 3 *Dueñas nostri textus meminit.*

**I**N textu, ibi. Collige ex illo, unde-  
cumq; nascantur ho-  
mines, si parentum vitia non sectentur,  
honestos, & salvos futuros esse, quia non  
est omnino, nec de virtute, nec de vitijs par-  
entum, aut laudandus aliquis, aut culpandus; pro-  
sequitur latè Rebūf. in praxi 2. part. titul. de dispen-  
ſatione super defectu natalium num. 1. qui nostrum  
textum refert.

**2** In textu, ibi, Recte. *Recte, & ritè* differunt, quia  
recte respicit iustitiam, & importat iuste, &  
æquum factum. *Ritè* vero respicit ordinem, &

solemnitatem. *I. generaliter, §. sin autem non Cod.*  
*de rebus creditis, ibi, Non ritè illatum, rectè autē ac-*  
*cusatum.* Decius in l. infantis, in prima lectura numer.  
1. & in 2. lectura, num. 2. Cod. qui admit. Alexand. in  
l. 3. & ibi, Iason. numer. 3. ff. de liberis, & posthum,  
Abb. in cap. 1. §. Una vero, numer. 1. de summa Trini-  
tate, plures citat Tiraquel. in l. si unquam in prin-  
cipio, num. 33. & 35. Cod. de revocand. donat. & illa  
differētia communiter approbatur, ut affimat  
Decius in l. lecta, num. 21. ff. si certum pet. Sed con-  
trarium imò quod ista differentia non sit ve-  
ra, & quod aliquādo dictio recte denotet ordi-  
nem iuris, & dictio ritè respiciat iustitiam, te-  
net Iason. d. num. 3. & in l. ab hostibus, §. Si vir, nu-  
mer. 5. ff. solut. matrimon. Decius dictio num. 21. &  
22. post alios Tiraquel. d. num. 35. plenius Cenide  
singulari 98. quem videbis.

In fine textus, ibi, Nullum est  
crimen. Prosequitur Dueñas regula 345. 2  
principio.

## CAP. Nunquam de vitijs. IV.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Penitentia delet peccata.*
- 2 *Inanis laus, quæ à parentum nobilitate  
descendit.*
- 3 *A malis bonum esse, gloriosum.*
- 4 *Barbacia Glossam sequitur.*

**I**N textu, ibi, Fornicatorē ipsū.  
Notat de Davide sacri interpretes Ecclesi-  
49. num. 5. Praeter David. & Ezechiam, & lo-  
ziam, omnes peccatum commiserunt. Recte ibi. Ian-  
senius; vide etiam quæ notantur Luca 7. nu. 44.  
de Magdalena Vides hanc mulierem, &c. de Divo  
Petro. Ioann. 21. num. 21. Hic autem quid? Quam  
pænitentiæ vim ad peccata delenda incredibi-  
lem, non quidem multis, sed gravibus, & con-  
cinnis verbis exposuit Dionysius Petavius nostræ  
ætatis poeta sanè per illustris cum in tragedi 2.  
dixit.

*Crimini ingemuit nocens.*

*Quacunque luce, nulla parcendi mora est.*  
Quibus carminibus allusisse videtur ad illud  
Isiae. 30. iuxta versionem septuaginta inter-  
pretum: Cum ingemueris tunc salvus eris. Quam  
contriti, ac marentis animi efficaciam latè  
ostendit Suar. tom. de penit. disputat. 4. sectione 5. §.  
Qua propter, ubi hanc notam ex varijs Patrum  
testimonijis reddit locupletissimam.

In tex-

## 2 In textu, ibi, Nec de virtute.

Faciunt quæ pro hoc argumento de se Marius apud Sallustium de bello Iugurtino, item quæ Licetus apud Senecam in Hercule facente, audi quām eleganter.

*Non vetera patria iura possideo domus,  
Ignarus heres, nobiles non sunt mihi  
Avi, nec alii inclitum titulis genus;  
sed clara virtus, qui genus iactat suum.  
Aliena laudat, &c.*

Vide ulterius, & quæ ibi scribuntur à Delrio lege ex patribus S. Chrysost. 9. in Matth. Imperfum, in Matth. homil. 3. & Chrysost. homil. 2. in Ioann. tom. 3. S. Hieronymum epistola ad Heliodorum in epistola Nepociani, & epistola 4. ad Celaniam matronam, & epistola prima quæ est ad Demetriadem, tom. 9. Ambrosium in exhortatione ad virginem, & lib. de paradyso cap. 4. Ex nostris Reb. in praxi 2. partit. de dispensatione super defectu natalium num. 2. qui textus meminit, & eius materialm prosequitur, Gerard. singulari. 33. Tiraquel. de nobilitate cap. 15. num. 3.

## 3 In textu, ibi, A virtutibus prof

fus alienis. Adi quæ notavit egregie S. Gregor. lib. 1. Moral. cap. 1. ad illud Iob. cap. 1. num. 1. Vir erat in terra Hus, ubi etiā Pineda, item, Origenes lib. 1. in cap. 1. Iob. S. Basil. in lib. constit. monastic. cap. 22. & sanc. nilmirum, est, si ex felicibus arborum truncis, radicibus, que secundissimis dulces orientur fructus; cū ferme eadem sit in trunco, & in ramis natura. Illud maiori erit admirationi, si ex Sylvestri stipite mitia poma decerpantur. Vel si (ut autor est Tarquinius Gallutius nostri saeculi poeta egregius lib. 1. Carmin. poemata. 2. in Christi natalē)

*Sudans opobalsamia truncis.*

*Sudat Achamenium rigido de robore costum.*

Haud aliter maiore admiratione dignior, & gloriōsior ille erit, qui ex improbis probus, ex turpis honestus, ex vitiosis parentibus natus fuerit bene moratus. De quo vide Mendoçam tomo 1. in lib. Reg. cap. 1. num. 1. sect. 4.

## 4 In Glossa verbo, Nescio. Dicit

singu-  
larem Barbacia cons. 57. col. 6. vers. Præterea pon-  
dero, lib. 2. & in cap. ad audientiam, col. 4. de rescriptis  
relatis à Tiraq. de nobilit. cap. 5. num. 6.

## CAP. Nasci de adulterio. V.

*S V M M A R I V M.*

- 1 Sacer venter quid?
- 2 Licit ab externa corporis physiognomia mores coniectari.
- 3 Deformis facies animum deformem ar-  
guit.

- 4 Corporis deformitas animi pulchritu-  
dine superanda.
- 5 De Iephe voto quid sentiendum?

**I**n textu, ibi, Sacri vētris angu-  
stias, &c. Sacrum hoc loco execra-  
dum interpretor, nam ser-  
mo est de cōcipiente ex damnable coitu,  
docent interpres Virgiliani ad 3. Æneidos  
Auri sacra fames Lambinus in illud Horatianū.  
Inestabilis, & sacer esto. Novitior tamen lectio  
est, secretas ventris angustias, &c.

**In textu, ibi, Hispidus tam mente.** Allusio est ad locum Genes. c. 25. n. 15. ubi de Esau, qui primus egredens est, rufus erat, & totus in morem pellis hispidus. Vbi no-  
tant interpres in cultam, & sylvosam (sic  
appellat Sanctus Chrysostomus.) Esau faciem, in-  
cultæ & sylvosæ mentis indicium præseferre.  
Congerunt multa de hac conisciendi alienos  
mores arte, interpres Martialis, præsertim  
Raderus ad epigram. 54. lib. 2.

*Crine rubet, niger ore brevis pede, lumine luscus,  
Rem magnam præstas Zoile, si bonus es.*

Adde licitam esse hanc coniecturationem ex  
arte physiognomica naturali, cum inter cōcie-  
turas s̄illit, siue ex petantur ex metoposcopia,  
id est frontis inspectione; sive chiromantia,  
id est manus delineamentis, sive ex physiog-  
nomica, id est externa corporis habitudine, &  
dispositione; dummodo coniecturas naturales  
non egreditantur; ita probant ex sacra pagina  
Proverb. 6. num. 12. (ubi multa Ferdinandus Quiri-  
nus de Salazar) & cap. 17. numer. 24. Ecclesiastici,  
cap. 8. num. 1. Paralipom. cap. 12. num. 8. Esaia cap.  
3. numer. 9. Delius lib. 4. de Magia cap. 3. quæstione  
4. & 5. Azor. tom. 1 lib. 9. c. 16. in fine Lesius lib. 2. de  
iustitia c. 43. dub. 7. Säcb. to. 1. Decalogi lib. 2. cap. 38.  
numer. 44. Suarius tomo primo de religione lib. 2. cap.  
10. numer. 14. & ultra hos, Navarr. summa latina  
cap. 11. numer. 31. Ciruelo de superstitione 2. part.  
cap. 4. Simanch. de catolic. titul. 21. numer. 18. Al-  
cozer. in summa cap. 14. Petr. Navarra lib. 2. de re-  
stitutione cap. 2. part. 1. dub. 7. in nova editione à  
nn. 155. usque ad 161. Ludovic. Lopez miscell. p. 1.  
cap. 41. Porrigere, ut divinent, seu potius ut  
mentiantur, manum Egyptijs, vulgo Ciganas  
(de quorū origene satis multa Delius supra q. 5.)  
utrum aliquando liceat? videbis apud Sanches

citatum, num. 48. Agust etiam de hac materia  
Vgolnus de censuris. Pontifici reservatis part. 2. §. 2.  
num. 10. Farinac. de delictis quest. 20. num. 112. & de  
Heres. quest. 181. num. 56. Hortens. Cayalcan. de bra-  
chio regio part. 3. num. 84. Ordinat. Lusitan. lib. 52  
tit. 3. §. 2.

3 Hinc colligunt Bald. l. 2. num. 5. Cod. quoru ap-  
pellat. non recip. Paris. da syndicatu. Hyppolit. & alij  
de quibus Bonodilla in sua politica. lib. 1. cap. 8. nu. 8.  
Cevallos in communibus quest. 248. nu. 13. Cavalcan.  
de brachio Regio part. 3. num. 84. ex pluribus prop-  
ter idem crimen accusatis, deprehensis, primu  
subiectum questionibus, ac tormentis eum  
esse debere, qui corpore deformis sit, cum  
internus animus per externa faciem, ut pluri-  
mum, propaletur.

4 Curabunt tamen qui corpore sunt defor-  
mes, ut interna animi pulchritudine splen-  
deant, quod optima allegoria docuit S. Gregor.  
Nazianz. oratione in Maximu. & D. Chrys. in Psal. 50.  
recte monet non corporis, sed animi pulchritu-  
dinem esse suspiciendam. Nam D. Paul. ut ait  
Nicephorus lib. 2. c. 37. Parvo fuit corpore contracto, &  
quasi incurvo, atq; paululum inflexo, habuit tamen miram  
interioris hominis pulchritudinem. Illa præterea exi-  
guia Pauli statura præstantior Deo visa est, quam  
aliorum Gigantæ.

5 In Glossa verbo, Viros sanctos  
Ait Iepthe sanctum non fuisse in eo, quod te-  
temerarium iuramentum voluit servare; cu  
Glōssa abeunt S. Thomas epistola ad Hebr. cap. 11.  
ubi eandem sententiā tribuit S. Hieronymo.  
Abit Author questionum vtiuersq; testamenti, qui tri-  
buitur, (sed falso) S. Augustino, 1. part. questione  
34. Abit Concil. Toletan. 8. cap. 2. item Anastha-  
sius Nicænus lib. questionum in Script. questione 36.  
Imo Tertullian. lib. 3. Poematum contra Marcionem  
in fine. Abulens. in cap. 11. Iudic. & Matth. 14. que-  
stione 32. Suar. tomo secundo de religione lib. 2. de vo-  
to cap. 10. à numer. 17. præsertim numer. 20. Ta-  
men Iepthe à peccato excusant S. Hieronymus  
epistola 34. quæ est consolatio ad Iulianum  
Iustin. questione 99. ad Gentes, ubi aiunt eum  
rem meritoriam fecisse, & vovendo, & vo-  
tum implendo; idem censet Caietan. in locum  
cap. 11. Iudicum. Rem utrinque probabilem vi-  
detur iudicasse Augustin. quest. 49. in lib. Iudicum,  
Non audet accusare S. Ambros. lib. 3. officior. cap.  
12. Videndi sunt pro hac re Serarius in cap. 11.  
Iudic. Ribera epistola ad Hebr. cap. 11. & ibi Cor-  
nelius de Cornel. Mihi valde probabile est, Iep-  
the meritoriam rem fecisse, præsertim prop-  
ter verba Hieronymi dicta Epistola 34. Vide  
Azor, cum multis, 1. part. lib. 11. cap. 14. que-  
stione 2.

## CAP. Sponsus. VI.

515  
S U M M A R I V M .

- 1 Christus ecclesia sponsus.
- 2 Ecclesia Christi ex gentilibus col-  
lecta.
- 3 Matrimonium ratum an propter adul-  
terium alterius coniugis dissolvatur?
- 4 An sponsalia ob alicuius ex coniugibus  
fornicationem dissolvantur?
- 5 Ecclesia Christi separari ab ipsius cha-  
ritate, & fide non potest.

**I**N textu, ibi, Sponsus. Appella-  
ri Chris-  
tum Dominū sponsum ex ipsius ore cō-  
stat, Matth. cap. 9. num. 15. Marci. cap. 2. nn. 19.  
Luca cap. 25. num. 24. Item ex oraculo S. Ioannis  
Baptistæ. Ioann. cap. 3. num. 29. habetur etiam  
Matth. cap. 25. num. 1. 5. 6. & 10. ad Ephes. cap. 5. nn.  
25. & 31. & 32. Apocalips. cap. 18. num. 24. cap. 21.  
num. 2. & 9. cap. 22. num. 17. Ad quæ loca videndi  
sunt interpres Maldonatus, Tolos. Iansenius, Bat-  
radas, Ribera, & alij, quos ipsi referunt; atque  
ultra ab eisdem allegatos, legi commode po-  
terunt Philo Carpianus Episcopus comment. in cap. 6.  
num. 8. Cantorum ad illa verba, Una est columba  
mea S. Bernard. serm. 27. in Cantic. ubi ex profel-  
so explicat verba Apocalips. cap. 21. num. 4. Tan-  
quam sponsam ornatam viro suo Augustin. lib. 4. de  
baptismo cap. 2. & 3. contra Donatistas, item lib. 6.  
cap. 3. & 34. & Symbolo ad Cathecum. capit. 10. &  
Epistola ad Honoratum; item breviculo collationum cu  
Donatistis, collatione tertij diei, & lib. 2. contra ep-  
istolam Parmeniani cap. 8. & lib. unico de unitate ec-  
clesia contra Petelianos Donatista epistolam cap. 2. S.  
Cyprianus lib. 1. Epistolarum, epistola 6. ad Magnum,  
& passim alibi. Plura cumulat de sponia, &  
filis Melisæ Barradas tom. 1. lib. 2. toto cap. 15.

**In textu, ibi, Bonos, & malos.**  
Alludit proculdubio Augustin. in his verbis  
(quæ desumpta sunt ex lib. 22. cap. 64. contra Fa-  
ustum) ad locum Matth. cap. 22. num. 10. Congregave-  
runt omnes, quos invenerunt malos, & bonos, & implete-  
sunt nuptiae discubentium; ubi multa interpres  
de ecclesia ex genibus collecta, spretis, & reie-  
ctis Iudeis; de qua materia multa Origenes  
homil. 8. in librum Iudicum tomo primo, & homil.  
2. in Cantic. ad illa verba Genes. 9. numer. 27.  
Dilatet Dominus Iepthe Sanctus Hieronym. lib. 10. in  
capit. 35. Esiae, explicans illa verba Lata-  
bitur

bitur *deserta*, & lib. 11. capit. 20. eiusdem Prophetæ, ibi. *Vox clamantis in deserto*, & lib. 12. in cap. 42. nu. 51. eiusdem, ibi. *Sublevetur desertum*, & civitates eius, & lib. 14. in cap. 54. eiusdem, ibi. *Lauda sterilis, que non parit*, & lib. 14. in cap. 46. Ezech. ibi. *Et cum intrabit populus terra*. & in cap. 1. Ione, ibi. *Et factum est verbum Domini ad Ionam*, & lib. 1. in cap. 1. Michæ, ibi. *Ponam aversionem*, &c. & lib. 2. in cap. 3. Abachuc, ibi. *Fluvios scindes terræ*, & lib. 3. in cap. 11. Zachar. ibi. *Et assumpsi mihi duas virgas*. S. Augustin. lib. 10. de civitate Dei, cap. 4. ibi. *Anna mater Samuelis*, & lib. 22. contra Faustum Manich. explicans verba illa Exod. 2. *Ecce autem descendebat filia Pharaonis*: & serm. 10. de temp. ubi de racemo ex terra promissionis allato, Numer. cap. 13. & serm. 106. de temp. & serm. 108. de temp. ad historiam velleris Gedeonici Iudi. cap. 6. Amb. lib. 1. de Spiritu Sancto, in proemio, ubi etiam de vellere Gedeonis, & lib. 2. cap. 11. ubi de Hieremia misso in lacum, & lib. de Iacob, & vita beata, cap. 2. ubi de benedictione Iacob, subrepta Esau, & lib. de Apolog David, cap. 4. ubi de Æthiopissa uxore Moysis, & lib. de his, qui miscentur mysterijs, cap. 3. ubi de Namaan Syro. 4. Regum, cap. 6. & lib. 3. super cap. 3. Luce. ubi de Ruth. & passim alibi.

### In Glossa, verbo, Sponsus.

Tenet sponsum separari posse ab sponsa p de-  
lictum ante consummatum matrimonium; ubi  
si intelligit de sponso de præsenti, & per ma-  
trimonium ratum, ac de separatione à vincu-  
lo, ut videtur significare, falsum est; quia vin-  
culum matrimonij indissolubile est, ut probat  
optimè Sanch. lib. 2. de matrimon. disp. 13. Rebellus  
de obligationibus iustitiae, p. 2. q. 15. sect. 1. siue ea  
insolubilitas sit tantum à iure divino, ut vult  
Sanch. citatus, cum multis, num. 7. siue etiam à  
naturali lege, ut contendit Rebellus citat. num. 1.  
§. Sit prima conclusio, & §. Sit secunda conclusio. Atq  
hec conclusio diffinita est à Trident. quoad  
dissolutionem matrimonij ex adulterio, sess. 24.  
Cap. 7. Tractant egregie hanc questionē Sanch.  
lib. 10. de matrimon. disp. 2. nu. 2. Rebell. p. 2. lib. 2.  
q. 15. sect. 2. Maldonat. in Matth. cap. 19. nu. 9. §. Dif-  
ficilis hic locus. Nec obstat tolli posse per dispen-  
sationem Pontificis hoc vinculum matrimo-  
nij rati, ut de facto ablatum est à Martino V.  
& Eugenio IV. teste occulato S. Antonin. 3. p.  
tit. 1. cap. 21. §. 3. ad fin. & à Paulo III. & Pio IV.  
ad preces Navarr. ut ipse refert in Manual. cap.  
22. num. 21. & Gregorio XIII. dispensante unico  
die cum undecim, ut scribit Henr. lib. 11. de ma-  
trimon. cap. 8. nu. 11. in Comment. littera F. & te-  
nent gravissimi Authores, quos refert, & se-  
quitur Sanch. proximè allegatus, nu. 2. & Rebell.  
supra q. 15. sect. 3. §. Contrariam partem. Nec etiam  
obstat tolli posse per professionem solemnem  
alterius coniugis, ut latè probat idem Sanch. lib. 2.

de matrimon. disput. 18. num. 8. ubi plures refert,  
Rebellus de obligat. iustitiae. 2. p. lib. 3. q. 4. sect. 2. quia  
in utroque casu tollitur vinculum per eundem,  
qui tale vinculum, & indissolubilitatem ma-  
trimonio præstít, nempe Deum; in primo ca-  
su dispensationis per Vicarium suum in terris.  
In secundo casu professionis solemnis, p. Chri-  
stum Dominum id concedentem professioni,  
ut latè probat Sanch. lib. 2. de matrimon. disp. 19.  
nu. 3. Rebellus de obligat. iustitiae, p. 2. lib. 3. quæst. 4.  
sect. 3. nu. 29. ubi plures citant.

Si vero opinio *Glossa* sit sponsum separari  
posse ab sponsa, hoc est dissolui sponsalia prop-  
ter delictum, id est fornicationem, siue carna-  
lem, siue spiritualem, tunc vere loquitur. Nam  
per adulterium carnale sponsæ; vel sponsi, dis-  
soluuntur sponsalia. Ita Abb. cap. Quemadmodum  
de iure iurando, num. 4. Paludan. in 4. dist. 27. q. 1.  
art. 4. casu 1. nu. 17. Brunell. de sponsalib. conclus. 8.  
num. 4. Menoth. de arbitrar. lib. 2. cent. 5. casu 455.  
nu. 5. Covar. 4. Decretal. 1. p. cap. 5. initio, num. 2.  
Vivald. in Candelabr. in 1. p. de spons. cap. 5. nu. 34.  
Ludovicus Lopez 2. p. instruct. de matrimon. cap. 38.  
Henr. lib. 11. de matrimon. cap. 14. nu. 6. Sanchez  
lib. 1. de matrimon. disp. 55. nu. 4. Rebellus de obligat.  
iustitiae. 2. p. lib. 4. q. 8. nu. 8. ubi omnes indistin-  
ctè loquuntur de fœmina, & de viro. Item te-  
nent communiter DD. cum Sanchez num. 3. Re-  
bello nu. 9. de fornicatione spirituali, id est ha-  
resi.

### In eadem Glossa. Glossa ait sponsam

Christi dici Ec-

clesiam, quia adhuc per delictum separari po-  
test ab ipso, quod intellige non de separatione  
totalis Ecclesiae, sed de separatione singulorū  
per amissionem charitatis; nam ecclesiam uni-  
versalem separari non posse à Christo p amis-  
sionem gratiæ, videtur satis aperte colligi ex  
promissione Christi Matth. 28. nu. 20. Ecce ego vo-  
biscum sum usque ad consummationem seculi, ut scite  
ibi explicat S. Hieronymus, & S. Augustin. lib. 6. de  
Genesi ad litteram, & tract. 50. in Ioann. Leo Papa  
epist. 31. & 92. D. Chrysost. in hunc locum. Matt. ho-  
mil. 91. Prosper. lib. 2. de vocatione gentium, cap. 2.  
Colligitur etiam ex loco Ioann. cap. 14. num. 16.  
Ego rogabo patrem, & alium Paracletum dabit vobis,  
ut maneat vobiscum in aeternum, spiritum veritatis, Ita  
explicant Cirillus lib. 9. in Ioann. cap. 45. Tertullian.  
de præscriptionibus, cap. 28. Item colligitur ex Pau-  
lo ad Ephes. 64. nu. 13. ubi de Spiritu Sancto ait.  
Ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam vero Prophetas,  
alios vero Evangelistas, alios vero Pastores, & Doctores  
in opus ministerij, in edificationem corporis Christi, do-  
nec occurramus omnes in virum perfectum, in mensu-  
ram etatis plenitudinis Christi. Vbi premendū est  
verbum illud occurramus; quod erit in die iudi-  
cij, ad quod usque tempus nunquam Spiritus  
Sanctus separabitur ab Ecclesia; ita supponit  
Sanches de matrimon. lib. 2. disp. 13. nu. 1. Rebellus